TECHE
UDINE

MANOSCRITTI

FONDO PRINCIPALE

Manoscritto n. P_MSS_1526_I

Nel Fondo Principale sono confluiti la maggior parte dei lasciti manoscritti pervenuti alla Biblioteca Civica «Vincenzo Joppi» nel corso del tempo: si tratta perciò di un fondo composito nel quale è possibile trovare manoscritti di argomento liturgico, scientifico, giuridico, botanico e altro.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine
https://www.techeudine.it/fondo-principale
https://www.sbhu.it/

1526

1526

M.S.S. 1526/I

Filosofia

I

[illegible]

In Philosophiam Prolegomena

Philosophia recte definiri potest rerum divinarum, et humanarum, causarumque, quibus hae res continentur scientia. Nomen enim Philosophiae a graecis vocibus filia tis Sophias ducitur: = nec quidquam est, inquit Cic. de officiis l. 2. c. 2. si interpretari velis, quam studium sapientiae; Sapientia autem est, ut a veteribus Philosophis definitum est, rerum divinarum, et humanarum, causarumque quibus hae res continentur, scientia =. Hinc vides eam disciplinam potius Philosophiam appellatam fuisse, quae prius a veteribus Sophia, sive sapientia nominabatur. Quid Philosophia? 1.

Commutati nominis occasionem eleganter enarrat Tullius Tusc. quaest. l. 5. c. 3. = Omnes, inquit, qui in rerum contemplatione studia ponebant, sapientes (Sophi) et habebantur, et nominabantur; idque usque ad Pythagorae manavit aetatem; quem ut scribit auditor Platonis Ponticus Heraclides vir doctus imprimis, Phliuntem ferunt venisse, eumque cum Leonte Principe Phliasiorum docte et copiose disseruisse quaedam, cujus ingenium, et eloquentiam cum admiratus esset Leon, quaesivisse ex eo, qua maxime arte confideret; at illum quidem se artem nullam; sed esse Philosophum =. Tanti nempe modestum hoc Pythagorae responsum habitum fuit, ut ceteri quoque sapientiae cultores sese non jam Sophos, verum Philosophos nominarent. Quapropter eam etiam disciplinam non Sophia, sed Philosophia exinde fuit nuncupata. Scholion.

Ex iis, quae in Philosophiae definitione attulimus, intelligere licet, non quamlibet cognitionem Philosophicam dicendam esse Corol.

se

se, sed eam solum, quae causas rerum, atque rationes perspectas ha-
bemus. Ita si nos collapsa consilia ab accepta in Senatu repul-
sa, ab ambitione, et dominandi cupiditate, a turpissimorum homi-
num consuetudine, a magnitudine aeris alieni profecta esse;
conjurationis hujus cognitionem ponides Philosophicam. Quod si ea
quae fiunt, aut facta sunt, percensere tantum posses, nonnisi hi-
storica eorum cognitione polles. Eademque omnis rerum divina-
rum, ceterarumque cognitio Philosophica est, et illa solum, quae
solius rationis ductu comparari potest. Hinc quae divinis revela-
tionibus innixa naturalem intelligentiam superant, ad sacram
Theologiam pertinent, bonumque Christianum efficiunt, non Philo-
sophum.

Ejus finis. 2. Philosophiae finis est ipsa hominum felicitas: et enim habet
Tul. lib. 2. de fin. cap. 27. = Omnis summa Philosophiae ad bea-
te vivendum refertur, idque unum expetentes homines se ad
hoc studium contulerunt =. Hinc Philosophia objective, ut scho-
lae loquuntur, accepta doctrinam significat rationis usu compa-
ratam, qua continetur, quidquid homini ad felicitatem manu-
tenendam sciendum, agendumque est.

Philosophiae partes. 3. Sub Philosophiae nomine Logica, Metaphysica, Ethica, et
Physica demonstrat continentur.

Variae Philosophorum sectae. 4. Varias Philosophorum sectas in ipso Philosophiae limine Phi-
losophi non pauci fere persequi solent. Est porro secta aliqua
hominum collectio, quae ab aliis divisa, et quodammodo
secta certam quandam disciplinae formulam sub uno duce
sectatur. Themistius in Aristotelem diversas ejusmodi sectas ha-
cen-

centes omnino careant. Nos experientia edocti in longioribus rebus limites quosdam nobis praefigere debemus; quare contenti eorum, qui superiorum Philosophiae historiam, cui plurimi est, relinquentes, eas dumtaxat sectas paucis attingamus, quas ignorare nefas esse.

Primo itaque celebriores Graecorum Philosophorum sectas commemorabimus, quae ad duas, ex quibus veluti fontibus reliquae profluxerunt, referri possunt. Harum prior est Ionica, quae Thaletem; altera Italica, quae Pythagoram venerabatur auctorem. Thales Mileto Ioniae urbe oriundus fuit unus ex septem illis, qui pretioso Sapientum titulo condecorati fuerunt. Hic cum diuturna per Asiam, Phoeniciam, Egyptum, et Cretam peregrinatione ingentem sibi doctrinae famam comparasset, sexcentis fere annis ante Christum natum ludum aperuit, eamque sapientiam cum aliis communicari aggressus est: atque ita sectae, quae Ionica dicitur nomen dedit. Thales ad geometriam notissimam, in qua plurima theoremata invenit, ad astronomiam, in qua eclipsium causam ac modum eas praesagiendi detexit, et tandem ad naturam, oeconomiam perscrutandam animum convertisse fertur.

Pythagoras Italicae sectae institutor natus est in insula Samo, praeceptorem nactus est Hermodamantem, tum vero Pherecydem Syrum, Anaximandrum, et ipsum Thaletem Milesium audivit. Ipse quoque astronomiam, et geometriam pro illorum temporum ratione condidicit, mu-

sicae

rerum primordia ad artem revocavit, pondera, et mensuras invenit. Inde vero ex patria valedicens in Italiam se recepit, atque Crotone, urbe in sinu Tarentino sita summa civium laetitia acceptus publico Senatus decreto scholam aperire jussus est; quod non multo post institutam sectam Jonicam contingit [illegible]

Sed de academica etiam secta, quae ducentis fere annis post Jonicam, et Italicam magna celebritate ortum Athenis habuit nonnulla dicere debemus. Haec auctorem habuit Platonem, qui Philosophorum Deus a Cicerone fuit appellatus. Plato Socrate usus erat praeceptore cujusque insignes praeclara morum praecepta litteris consignavit: animae vero immortalitatem tanta verborum copia, atque argumentorum pondere demonstravit, ut cum haec publice legisset, magna in auditoribus commotio facta fuerit. Plato Athenis natus in loco quopiam in suburbio Athenarum sito docere aggressus est. locus ille a possessore suo Hecademo Hecademia tum vero Academia dictus est, unde secta ipsa nomen tulit

Ex Academica secta plures aliae originem duxerunt, quas omnes recensere nimis molestum esset; ex illa vero prodiit, praesertim illius Peripatetica secta, idest ambulans graeco vocabulo peripatein sic dicta, quod ejus alumni in Lyceo loco in suburbio Athenarum amoenissimo ambulando disputare consueverint. Haec erecta fuit ab Aristotele, qui Stagyris in Macedonia anno ante Christi nativitatem 382. ortus

ortus, noster Platonem per 20 annos audivit, Alexandrum Magnum Philosophiae placitis imbuit. Ingentem porro librorum copiam Aristoteles scripsit, in quibus omnes Philosophiae partes complexus est. Et quidem in Logica syllogismos, eorumque figuras, ac modos, primus omnium pertractavit. in Physica vero animalium omnis generis naturas, et proprietates est perscrutatus.

Atque Pyrrho, Epicurus, Zeno Stoicus ipsi etiam novas sectas instituerant. Pyrro nihil omnino comprehendi posse, nec quidpiam esse verum, vel falsum, justum vel injustum, sed omnia ab hominum opinione, et consuetudine pendere docebat. Epicurus multa de Deo, et anima humana impia prorsus asseruit. principium vero, et finem vitae verae beatae in voluptate situm esse contendit.

2

Sermo primus.

Logica, pars, prima.

Philosophiae Auditoribus

Quod olim Colossensibus commendavit Apostolus, ut ab adulterinae Philosophiae dogmatibus, inanibusque fallaciis studiose caverent; videte ne quis vos decipiat per Philosophiam, et inanem fallaciam secundum traditionem hominum, secundum elementa Mundi; id nostris praesertim hisce temporibus peculiari quadam diligentia est providendum. Quis enim non videat, quam late modo undique serpat infestissima illa contagio, quam impia Sophistarum turma disseminavit, qui insidiosis suis vafre uncatis imperitis fucum facientes; sociatis viribus in illud incubuerunt, ut nam Principibus auctoritatem, societati vinculum, privatis securitatem eriperent, ac omnia denique Fidei morumque principia labefactarent? Jam vero ad pestem hanc, quae latius in dies, magis magisque grassatur depellendam, ne ut solet furtim in animos sese insinuet, quodnam efficacius remedium excogitari potest, quam si mens sana sinceraque Philosophia imbuatur, quae, ut habet Tullius, est vitiorum expultrix, vitae dux, virtutis indagatrix, inventrix legum, morum ac disciplinae magistra, tranquillitatis, et beatae vitae parens, qua nihil optabilius, nihil praestantius neque datum est mortalium generi Deorum munere, neque dabitur?

Ad Colos. 2. 8

Videtis itaque, Adolescentes optimi, qui hucusque humanioribus litteris optimisque artibus operam dedistis, quaenam sint muneris mei partes, dum vos Philosophicarum re-

rum

disciplinae institutionis curriculum hoc alterum nempe, atque ingredior. In illud nititur imprimis intentus esse debeo, ut accuratas logicae regulas tradam, genuina principia statuam, purosque fontes aperiam, ex quibus certissimae quaedam veritates hauriantur, quae mentis sagacitatem acuant, ratiocinandi vim augeant atque perficiant; unde vos de vero judicare, callidasque impiorum hominum insidias detegere valeatis.

In Metaphysica deinde plurimas easque gravissimas quaestiones pertractans tutissima vobis arma subministrabo, quibus nefarios supremi Numinis hostes debellare, impia eorum systemata subvertere, ac suas Deo perfectiones vindicare possitis. Et quoniam ut liberius pravis cupiditatibus indulgeant, non pauci animae humanae dignitatem, et excellentiam extenuare conantur, germanam illius veram notionem animis vestris, atque hujusmodi coloribus depingam, qui tanquam vivam, et spirantem Dei imaginem illam exprimant, unde incorpoream, vera libertate donatam, ac natura sua immortalem esse evidentissime cognoscatis, atque ideo quidquid illam foedare, vel deprimere possit, attentius declinetis.

His pertractatis ad Ethicam, moralem scilicet Philosophiae partem descendemus, in qua quidem id curae mihi semper erit, ut ea tantum vobis tradam praecepta, quae sacratissimi Evangelii legibus consentiant, et formandis tum civibus, tum Chri=

christianis maxime idoneae sint. Quid Deo, quid vobismetipsis, quid proximo debeatis exponam; ut inde facti bonorum operum sectatores evadatis, vestrasque actiones ad recti honestique regulam dirigentes, ac omni officiorum genere impleto ad aeternam felicitatem perveniatis.

Neque vero in rebus Physicis hospites vos esse, et peregrinos patiar. Id enim habet utilitatis adspectabilis hujus Mundi naturaeque corporeae contemplatio, ut ex magnitudine, varietate, pulchritudine, caeterisque illius proprietatibus, potentissimum, sapientissimum rerum optimum auctorem cognoscamus, juxta illud Apostoli: invisibilia ipsius ... per ea quae facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque ejus virtus, et divinitas. Quamobrem haud mihi durum ut hujus quoque latissimae disciplinae praecipua saltem capita ob oculos ponam, quae communi vestrum intelligentiae accommodata esse existimabo. Prout enim in mathematicis, et geometricis studiis profeceritis, quae quam primum inspiciam, et maximo rei huic sunt adjumento, majorem, minoremve Physicae cognitionem suppeditabo.

Haec sunt, Candidati lectissimi, de quibus praeloqui, haec quae vobis polliceri debebam, et Deo bene favente complebo. Arduum certe munus suscipio, quod sive rerum pertractandarum magnitudo spectetur, sive plurimi iique teterrimi sanae, et sincerae Philosophiae hostes respiciantur, contra quos quotidiano impetu dimicandum erit, virum alium, et quidem ingenio praestantem, ac omnium

scien-

scientiarum genera versatum postularet, verum si quid est in me ingenii (quod utinam non esset adeo exiguum!) illud omne conferam, ut ex iis de quibus acturus sum, uberrimum fructum percipiatis. Quam ob rem non de sententiarum varietate modo, quod quidem praecipuum est, sollicitus ero; sed etiam discipulorum in scribendo rationem habens, majorem quam potero perspicuitatem adhibebo, ut nulli sint adeo tardi, qui vel cursim legentes sensum non percipiant, et nequid unquam lateat, quod exploratum non habeatis: in rebus enim difficilimis,

lib 4. de Doctr. Christ. inquit S. Augustinus, non debet curare ille qui docet, quanta eloquentia doceat, sed quanta evidentia.

Ad vos autem quod attinet adolescentes optimi, qui Philosophiae candidatis adnumerari postulastis, et jam ad disciplinae hujus limen constitistis, illud principio vos monitos velim, in capessendo tam utili studio alacres, in persequendo constantes, in conficiendo fortes vos esse oportere, ut nullis unquam difficultatibus absterreri, nullis laboribus frangi, nullis denique rebus a Philosophicarum institutionum contemplatione divelli patiamini; neque enim justissimus Deus alio pretio sapientiam, quam improbis laboribus, multisque sudoribus hominibus vendit. Vos igitur oro obtestorque, ut in hujus disciplinae curriculo omni contentione versemini, saepe numero illud Horatii repetentes ~~[illegible]~~

Qui studet optatam cursu contingere metam
Multa tulit, fecitque puer, sudavit, et alsit.

In Philosophiam
Prolegomena

Philosophia recte definiri potest rerum Divinarum, et humanarum, causarumque, quibus hae res continentur scientia. Nomen autem Philosophiae a graecis vocibus *filio tis sophias* ducitur; quae quidquam est, inquit Cicero de officiis l. 2. c. 2 si interpretari velis, quam studium sapientiae. Sapientia autem, ut a veteribus Philosophis definitum est, rerum divinarum, et humanarum, causarumque, quibus hae res continentur, scientia". Hinc vides eam disciplinam posterius Philosophiam appellatam fuisse, quae prius a veteribus *sophia*, sive sapientia nominabatur

Quid Philosophia?

Commutati nominis occasionem eleganter enarrat Tullius Tusculanarum quaestionum lib 5. cap 3. "Omnes, inquit, qui in rerum contemplatione studia ponebant, sapientes (*Sophi*) et habebantur, et nominabantur; idque usque ad Pythagorae manavit aetatem; quem ut scribit auditor Platonis Ponticus Heraclides vir doctus imprimis, Phliuntem ferunt venisse, eumque cum Leonte Principe Phliasiorum docte, et copiose disseruisse quaedam, cujus ingenium, et eloquentiam cum admiratus esset Leon, quaesivisse ex eo, qua maxime arte confideret; at illum quidem se scire nullam: sed esse Philosophum". Tanti namque modestiae hoc Pythagorae responsum habitum fuit, ut caeteri quoque sapientiae cultores se non jam sophos, verum Philosophos nominarent. Quapropter nova etiam disciplina non sophia, sed Philosophia exinde fuit nuncupata.

Scholion

Ex

Corol. Ex iis quae in Philosophiae definitione attulimus, intelligere licet, non quamlibet cognitionem Philosophicam dicendam esse, sed eam solum, quae caussas rerum, atque rationes perspectas habeat. Ita si noris scelerata Catilinae consilia ab accepta in senatu repulsa, ab ambitione, et dominandi cupiditate, a pessimorum hominum consuetudine, a magnitudine aeris alieni profecta esse; conjurationis hujus cognitionem possides Philosophicam. Quod si ea quae fuerunt, aut facta sunt, percensere tantum possis, nonnisi historica eorum cognitione polles. Sed neque omnis rerum divinarum, caeterarumque cognitio Philosophica est, at illa solum, quae solius rationis ductu comparari potest. Hinc quae divinis revelationibus innixa naturalem intelligentiam superant, ad sacram Theologiam pertinent, Christianum efficiunt, non Philosophum.

Ejus finis 12. Philosophiae finis est ipsa hominum felicitas: ut enim habet Tullius lib. 2 de finibus cap. 27. "Omnis summa Philosophiae ad beate vivendum refertur, idque unum expetentes homines se ad hoc studium contulerunt." Hinc Philosophia objective, ut scholae loquuntur, accepta doctrinam significat rationis usu comparatam, qua continetur, quidquid homini ad felicitatem ~~[illegible]~~ [illegible] agendumve est.

Philosophiae partes 13. Si Philosophiae definitionem spectes ad eam referri posse videntur ~~ea~~ omnia, quae sive de Deo, sive de spiritibus, sive de mundo corporeo, et ratione ductu sensuum experientia cogno-

[illegible] meta [illegible]

gno.

gnosci possunt nostro tamen hoc tempore naturales scientias ob amplissima, quibus jam auctae sunt, incrementa ita partimur, ut sub Philosophiae ambitu Logica, Metaphysica, Ethica, et Physica dumtaxat contineantur. Ex iis porro Logica, quae recte cogitandi, ac disserendi praecepta suppeditat, instrumentum potius, quam Philosophiae pars appellanda videtur, Metaphysica, et Physica, cum res complectantur, quae ad intellectum perficiendum pertinent, Metaphysica namque veritates maxime generales, atque a sensu abstractas contemplando, Physica vero res corporeas Mundi machinam constituentes considerando, theoreticam Philosophiae partem constituunt: Ethica tandem cum in veritatibus illis versetur, quibus humana voluntas ad felicitatem informatur, ad practicam Philosophiae partem refertur.

Jam vero ipsa ratio postulat, ut in disciplinarum pertractatione, Quo ordine ea praecedat, quae facem veluti praefert caeterisque lumen adfundit tractandae?
Cum itaque Philosophiae candidato necesse primum sit, ut veritatis 4.
investigandae modum percalleat, illi ante alias Philosophiae partes rectum rationis usum requirentes, Logica est explicanda, quae recte cogitandi praecepta suppeditat. Quoniam autem mens Logicae praeceptis bene comparata nihil habeat, in quo utilius versetur, quam in sui auctoris, suique ipsius cognitione, quae praecipuum est Metaphysicae objectum; idcirco alterum post Logicam jure merito sibi locum Metaphysica vindicabit mens deinde Metaphysicae† statim subjicienda est. Postremum omnium Physicam pertractabimus; animus

† cognitionibus imbuta illis indigeat regulis, quam ego deinde tuo munere a vitiis, et erroribus, quas quidem regulis cum Ethica tradat, a Metaphisicae

anim.

animus Philosophia a vitiis purgatus ad noscendam Dei potentiam, et bonitatem, summamque ipsius in stupenda hujus orbis machina sapientiam mirandam altius, et erigendus.

Variae Philosophorum sectae
5.

Varias Philosophorum sectas in ipso Philosophiae limine Philosophi non pauci fuse persequi solent. Est porro secta aliqua hominum collectio, quae ab aliis divisa, et quodammodo <u>secta</u> certam quamdam disciplinae formulam sub uno duce sectatur. Temistius in Aristotelem diversas ejusmodi sectas recensentes omnino recenset. Nos experientia edocti in longioribus rebus limites quosdam nobis praefigere debemus; quare contenti erimus, si fusiorem Philosophiae historiam cui plus otii est relinquentes, eas dumtaxat sectas paucis attingamus, quas ~~pro[illegible]~~ ignorare nefas esset.

Duo itaque celebriores Graecorum Philosophorum sectas commemorabimus, quae ad duas, ex quibus veluti fontibus reliquae profluxerunt, referri possunt. Harum prima est Jonica, quae Thaletem; altera Italica, quae Pythagoram veneratur auctorem. Thales Mileto Joniae urbe oriundus fuit unus ex septem illis, qui specioso sapientum titulo condecorati fuerunt. Hic cum diuturna per Asiam, Phoeniciam, Egyptum, et Cretam peregrinatione ingentem sibi doctrinae famam comparasset, sexcentis fere annis ante Christum natum ludum aperuit, suamque scientiam cum aliis communicare aggressus est, atque ita sectae, quae Jonica dicitur, nomen dedit. Thales ad geometriam potissimum, in

quam

qua plurima theoremata invenit, ad astronomiam, in qua eclypsium causam ac modum eas praesagiendi detexit, et demum ad naturam corporum perscrutandam animum convertisse fertur.

Pythagoras Italicae sectae institutor natus est in insula Samo, praeceptorem nactus est Hermodamantem, tum vero Pherecidem Syrum, Anaximandrum, et ipsum Thaletem Milesium audivit. Ipse quoque astronomiam, et geometriam pro illorum temporum ratione condidicit, musicae primordia ad artem revocavit, pondera et mensuras invenit. Inde vero suae patriae valedicens in Italiam se recepit, atque Crotonae urbe in sinu Tarentino sitae summa civium laetitia exceptus, publico senatus decreto scholam aperire jussus est; quod non multo post institutam sectam Jonicam contigit.

Sed de academica etiam secta, quae ducentis fere annis post Jonicam, et Italicam magna celebritate ortam Athenis, habuit non nulla dicere debemus. Hujus auctorem habuit Platonem, qui Philosophorum Deus a Cicerone fuit appellatus. Plato Socrate usus erat praeceptore, cujusque multa praeclara morum praecepta litteris consignavit: animae vero immortalitatem tanta verborum copia, atque argumentorum pondere demonstravit, ut cum rem publice legisset, magna in auditoribus commotio facta fuerit. Plato Athenis natus in loco quopiam in suburbio Athenarum sito docere aggressus est: locus ille a possessore Hecademo Hecademia, tum vero Academia dictus est, unde secta ipsa nomen tulit.

Ex Academica secta plures aliae originem duxerunt, quas om-
nes

anno secundo nimis molestum esset; ex illa vero prodiit, præ-
sertim illius peripateticæ secta; id est ambulans græco vocabulo pe-
ripatetica dicta, quod ejus alumni in Lyceo loco nobilis Athena-
rum amœnissimo ambulando disputare consuevissent. Hæc erecta
fuit ab Aristotele, qui Stagyrais in Macedonia anno ante Christi
nativitatem 384. ortus, postquam Platonem per 20. annos audi-
vit, Alexandrum Magnum Philosophiæ placitis imbuit. Ingentem porro librorum
copiam Aristoteles scripsit, in quibus omnes Philosophiæ partes
complexus est. Et quidem in Logica syllogismos, eorumque figuras
ac modos, primus omnium pertractavit; in Physica vero animalium
omnis generis naturas, et proprietates est perscrutatus.

Pyrrho, Epicurus, Zeno Stoicus ipsi etiam suas sectas instituerunt. Pyr-
rho nihil omnino comprehendi posse, nec quidquam esse verum, vel
falsum, justum vel injustum, sed omnia ab hominum opinione, et
consuetudine pendere docebat. Epicurus multa de Deo, et anima
humana impie prorsus effutiit, principium vero, et finem vitæ hu-
manæ beatæ in voluptate situm esse contendit. Zeno Citticus Stoicam
sectam fundavit sic appellatam a Stoa, sive porticu Atheniensi,
quam pro schola Philosophus ille elegit. Præcipuum ipsi in moralibus
dogma fuit, virtutem propter seipsam expetendam esse, in eaque
sola veram hominis felicitatem consistere. Non desunt, qui con-
tendunt Zenonem, quamvis rigidæ virtutis, vitæque austerioris præste-
[illegible] studiosa illius schola utcumque diffamaverit.

Neque vero prætermittenda est secta Eclectica quam Alexandri-

in

in Egypto, imperante Romae Augusto, caput extulit, atque omnium optima est. Hujus auctor fuit Potamon, illiusque doctrinae summa erat, in nullius magistri verba jurandum, sed veritatem ex omnibus Philosophorum sectis conquirendam, nec quidquam nisi ratione consulta, et maturo judicio recipiendum esse. Eclectica appellari coeperunt ab Eklegein, eligere. Plurimum autem crevit haec secta, ubi Egyptus verae Religionis lumine fuit collustrata, in eaque plurimi subinde viri, et morum integritate, et divina pariter sapientia clarissimi prodierunt; cujusmodi fuit S. Justinus martyr, S. Irenaeus, atque imprimis illud Alexandrinae Philosophiae decus S. Catharina, quam orthodoxi Philosophi praesidem hodie suam venerantur.

Ad peripateticam sectam paulisper redeamus. Haec post obitum sui conditoris sensim collapsa ad finem octavi saeculi instaurata est per Arabes, qui magna Africae, Hispaniaeque parte armis subacta complura gymnasia aperuerunt, in quibus Aristotelis Philosophia arabice reddita praelegebatur. Progressu temporis Peripatetici in Academia Parisiensi in tres veluti ramos diviserunt, Thomistas videlicet, Scotistas, et Nominales; quos omnes communi vocabulo Scholasticos nuncupare solemus, propterea quod eorum Philosophia in omnibus scholis ad paucos retro annos dominaretur. Thomistarum Dux est Angelicus Doctor Thomas Aquinas a familia sancti Dominici: Scotistarum vero Joannes Duns, natione Scotus, professione Minorita, Doctor subtilis cognominatus. Nomina-

les

les ita dicti, quod pro objecto logicae nomina et voces statuerent auctorem habuerunt Gulielmum Ockamum, natione Anglum, instituto patrem Minoritam.

Verum dum magno animorum aestu Aristotelis Philosophia in scholis agitatur, Novatores quidem increverunt, qui Scholasticorum non sat utiles tricas dedignati, saeculo praecedente et nova, et ameniori Philosophandi methodo cogitare coeperunt. Emicant inter hos Franciscus Baco de Verulamio Anglus, Magnique Cancellarius, et Galilaeus magni Ducis Etruriae mathematicus, quos plures alii secuti sunt, novarumque sectarum auctores effecti in excolenda Philosophia, ac praecipue quidem Physica non sine fructu desudarunt.

Inter hos Petrus Gassendus Presbyter Ecclesiae Diniensis in Gallia praepositus, ac Regius in Academia Parisiensi Matheseos Professor natus anno 1592. Gassendisticam scholam instituit. Is Epicuri partes suscepit ejusque de atomis systema, repudiatis iis, quae cum religione male cohaerebant, emendatum Physicae, [illegible] accommodavit, multorum inde approbationem, quos inter eminuerunt Franciscus Bernierus, Sorberius, Gualterus Charleton, aliique.

Renatus Des Cartes, qui vulgo Cartesius dicitur, Hagae Turonum anno 1596 illustri genere ortus, aliam sub idem fere tempus sectam exorsus est quae ab ipso Cartesiana cognominatur [illegible]. Is postquam [illegible] litteris et Philosophiae operam dedisset, complures annos partim militiae, partim per Germaniam, et Italiam [illegible]

sum

peregrinando consumpsit, donec in Hollandiam se recipiens 25 annorum labore novum Philosophiae systema ab aliis et methodo, et dogmatibus plurimum discrepans confecit, atque in lucem edidit, quod mox longe lateque sese diffudit.

At vero paullopost Cartesiana Philosophia magnum in Angliam nacta est adversarium Isaacum Newtonum anno 1642 in lucem datum, a quo Newtonianorum secta originem duxit. Newtonus oppositam prorsus Cartesio philosophandi rationem inivit, ubi enim Cartesius ad naturalium effectuum examen descendendum non esse, nisi cognitis ante causis docebat; ipse contra ex effectibus causas inquirendas esse putavit, nullamque a Philosophis causam assignari debere, nisi cujus veritas aut ratione aut experimentis plene demonstrari queat. Newtoni systema plurimi, iique clarissimi viri secuti sunt, et modo etiam sequuntur; inter caeteros honoris causa nominandus est clarissimus Rogerius Josephus Boscovich, qui egregiis suis inventis Newtonianorum systema non munivit, temperavitque. Obiit Newtonus anno 1727 ejus vero in rem literariam adeo eximia fuerunt merita, ut illi adhuc viventi honorifica statua publice erecta fuerit.

Superest denique secta Leibnitziana, quae a Leibnitio Lipsiae anno 1646 in lucem edito nomen accepit: quo enim tempore in Anglia florebat Newtonus, Guilielmus Leibnitius Germaniam illustravit. Scholasticorum ille quidem Philosophiam non ex integro repudiandam, in multis tamen emendandam esse censuit; eam in

rem

rum obscuras confusasque earum notiones ad claras et distinctas reduxit; terminos inanes, quibus illorum scripta scatebant, extirpavit, et denique Mathematicam methodum in auxilium vocavit. Dissimulandum tamen non est, Wolfium, uti Logicae praesertim, et Metaphysicae plurimum splendorem contulit; ita abstractis, quibus plus aequo indulsit, ratiociniis, ad opiniones quasdam non parum absurdas delapsum fuisse, ut in Metaphysica solidis rationibus opportuno tempore demonstrabimus. Atque haec sunt, quae praecipuas Philosophorum sectas recensens notatu digna existimavi. Si quis plura desiderat, is adeat inter alios Antonium Genuensem, qui in Disputatione Physico-historica elementorum Metaphysicae tomo primo praefixa, fuse res istas pertractabat.

In Logicam

Prolegomena

Quid Logica? 1.

Logicae nomine ea venit facultas, qua in vero recte cognoscendo, ordinateque explicando mens humana dirigitur. Haec enim vera, ut praeclare eam explicat Tullius de claris oratoribus c. 41. „Docet rem universam tribuere in partes, latentem explicare definiendo, obscuram explanare interpretando, ambigua primum videre, deinde distinguere; postremo habere regulam, qua vera et falsa judicantur, et quae, quibus positis, sint, quaeque non sint consequentia„.

Etimon

Logicae nomen a graeco vocabulo logos, quod ~~[illegible]~~ latine sermo-

nem

nem rapiat. Derivatum est Logica, dicimus, si vis spectetur vocabuli, ratiocinandi non quidem ore, sed mente, facultatem designat; cuiusque et ipsa cogitatio, ut Platoni credimus, „sermo est, quem mens apud se volvit, circa illa, quae considerat„. Dialectica quoque vocari haec disciplina a pluribus consuevit a graeco vocabulo dialegomai, quod disserere significat. Hinc Socrates in Alcibiade „disserere autem, et rationi uti, numquid idem vocas? Alcibiades sane quidem„. Sancte Augustinus vero „nomen graecum est Dialectica, inquit, quae si usus admitteret, fortasse latine disputatoria vocaretur.

Logica alia est naturalis, et alia artificiosa. Naturalis definitur innata nostra iudicandi, ratiocinandique facultas, qua quis naturaliter absque praeceptis facile, rectaque circa aliqua principia, et conclusiones discurrit. Artificialis vero a industria, ut aiunt, spectatur, facultas regulis, et praeceptionibus comparata ad verum facile ac sine errore discernendum. Hanc itaque nos pertractandam aggredimur, atque quidem si quaeras originem, eam, uti ceteras disciplinas, experientia natam esse, dubitari non potest, iuxta vulgatum illud Tullii „observatio diuturna notandis rebus fecit artem„ — Quotuplex Logica? 7.

Logicae utilitatem maximam esse, nemo ibit inficias, absque illa enim non tantum non potest profunda, solidaque scientiarum quarumque difficiliorum cognitio obtineri; sed neque in difficilioribus communis vitae actionibus sat providus quis cautusque esse potest. Hinc Logicam passim maximis laudibus efferri audimus: Aristoteles illam vocat organum, seu instrumentum scientiarum; Tullius autem magistram omnium, sive — Logicae utilitas. 8.

ars

qua omnino sapientia esse non potest perfecta; S. Augustinus disciplinam disciplinarum scientiarumque judicem atque formatricem. Uno verbo: per omnes partes sapientiae ipsa manat, et funditur, ut optime Tullius ipse concludit.

Logicae artificiosae divisio. 9.

Logica artificiosa, quam explanandam suscipimus, duas in partes aptissime distribuitur. Cum enim, ut ex ipsa definitione constat, Logica mentem humanam in veritate cognoscenda, explicandaque dirigere debeat; hinc fit, ut imprimis definienda ipsa quatenus est ad veritatem dirigenda, hoc de praecipuis illius operationibus sermonem instituere debeamus, tum vero de veritate ipsa, et iis, quae ad veritatis indagationem et explicationem pertinent, ad quae inepta omnis nostra cogitatio foret. Primam Logicae partem Theoreticam, Logicam minorem, vel etiam Dialecticam dicere potest; partem alteram Logicam practicam, seu Logicam majorem nominabis.

Logicae

pars prima.

De mentis humanae operationibus

Cum triplici modo mens nostra facultatem cognoscendi, quam habet, circa res cognoscendas exerceat, vel scilicet rem quampiam sibi demonstret repraesentando, vel de re ipsa ita apprehensa per affirmationem vel negationem aliquid judicando, vel denique ex facto jam tali judicio novum aliud judicium ratiocinando deducens; idcirco de tribus hisce operationibus, simplici nempe rei perceptione, judicio, et ratiocinatione in hac prima Logicae parte nobis agendum erit. Quo-

rum

niam vero cogitata nostra cum aliis quoque communicare debemus, quod id quidem fit per terminos, quibus exprimuntur simplices rerum perceptiones, sive ideae, per enunciationes, sive propositiones, quibus manifestantur judicia, ac denique per argumentationes quibus ratiocinia significantur, quae sensibilia signa dici consueverunt; hinc res ipsa postulat, ut nonnulla etiam in locis, quae ad verborum significationem utilium usum pertinent, addantur.

Caput I.

De idearum natura, earumque objectis.

Idea, quae etiam simplex rei perceptio vel apprehensio dici solet, est simplex rei cujusdam repraesentatio in mente facta; ut cum mihi solem simpliciter repraesento, et quasi mente intueor, quin de illo aliquid affirmem vel negem, solis ideam habeo: sic qui nomen sibi hominem concipit, quin de illo quidquid affirmat vel negat, simplicem illius perceptionem habet. Quid idea? 10.

Idea existit in mente, est ergo quid spirituale vel spiritualis quaedam mentis affectio. Hinc ideam de qua modo agimus, cum corporea illa imagine in cerebro depicta confundenda non est, ad quam mens nostra convertit, dum absens aliquod sensibile corpus, quasi inde ac si praesens illud sibi esset, contemplatur. Hujusmodi siquidem spectrum utpote in cerebro exaratum, omnino corporeum est, et materiale. Innumera vero sunt, quae percipi a nobis possunt, et percipiuntur ipsa, ut tempus virtutes, aliaque id genus, quin aliquod in cerebro simulacrum fiat. Hinc duplicem rei percep- Corol.

ca

ceptionem distinguamus oportet, alteram qua res ita attingitur, ut simul ejusdem quaedam corporea imago in cerebro fiat, quae quidem *imaginatio* dicitur; alteram qua res cognoscitur, nullo prorsus corporeo spectro in cerebrum admisso, atque haec simplex rei *perceptio* sive *idea* dicitur.

Scholion. Non pauci post Malebranchium philosophi ideam a perceptionem distinguunt. Ideam appellant objectum ipsum a mente perceptum, sive quod menti percipienti est immediate praesens, perceptionis autem nomine intelligunt modum, sive affectionem mentis percipientis. At nos in Metaphysica opportunum amplectemur et unam eandemque individuam repraesentationem, quatenus mens ejus ope aliquid cognoscit, perceptionem, quatenus in ea res objecta refertur, notionem sive ideam nuncupandam esse dicemus.

Quid objectum ideae, et quotuplex?

11\. Objectum ideae est res quaecunque per ideam menti repraesentata, sic ideae, quae mihi solem, vel lunam repraesentat, objectum est sol, vel luna. Quoniam vero res cogitabilis, vel actu exsistit, ut hic mundus, vel non exsistit quidem, exsistere tamen potest, vel mundus alter; hinc nostrarum idearum objectum aliud est *possibile*, aliud *existens*.

Corol. Nihilum seu impossibile non est res cogitabilis; per ideam igitur repraesentari non potest, hoc est *nihilo* nulla datur idea: illud enim tantum percipio, quod mihi idea repraesentat; jam fingamus, ideam quampiam repraesentare nihil: igitur ope hujus ideae percipio nihil, si vero hoc; non nihil percipio, hoc est nullam habeo ideam; nam par-

percipere nihil, et nihil percipere, et nullam habere ideam, synonymas ideas sonant. Quomodo igitur, inquies, cogito de nihilo? quatenus de rei alicujus privatione, vel ablatione cogitas.

Objectorum notae dicuntur signa quaedam, et characteres, per quae res una differt ab alia, atque dignoscitur. Sic dum non in aqua colorem, saporem, viscositatem &c. examinamus, quae proinde illius notae sunt. Quid objectorum notae? 12.

Notae porro itidem aliae constantes, aliae mutabiles sunt; constantes dicuntur, quae rei semper, et necessario conveniunt, ut calor in igne, vis sentiendi in homine. Mutabiles vocantur vel accidentia, quae rei adesse, vel abesse absque essentiae corruptione possunt; ut albedo in pariete, valetudo in homine. Constantes porro dividuntur in essentiales, et attributa; essentiales, quae etiam characteristicae nuncupantur, illae sunt, quae primae in objecto occurrunt, suntque caeterarum quasi fontes, unde collectim sumptae ipsi essentiam absolvunt. Attributa vocantur, quae ex essentialibus emanant ac deducuntur. Ex. gr. vis sentiendi, et ratiocinandi sunt essentiales hominum notae; vis vero ridendi, capacitas eruditionis sunt attributa. Notae pariter mutabiles duplicis generis sunt; aliae namque in ipsa re insunt; propterea quae internae sive modi dicuntur: aliae extrinsecus tantum rei cum alia comparatae conveniunt, ut externae, sive relationes nuncupantur: ex. gr. eruditio, valetudo, color albus, in homine modi sunt; illius magnitudo, similitudo, nobilitas, dignitas, relationes vocantur Quotuplices? 13.

Objectum determinatum hoc loco dicitur illud, quod cum pluri- Quid objectum

bus

Determinatum? bus iisque diversis modis esse possit, nunc tamen hoc potius, quam

14. alio modo est. Sic marmor quoddam potest esse, vel existens, vel tantum possibile; quadratum vel rotundum, album vel nigrum; in hoc, vel illo aedificio, in hoc vel illo aedificii latere. Fit igitur existens, quadratum, album, in fronte palatii positum. Ea marmor quod existentiam, figuram, colorem, et locum determinatum.

Quid individuum? Objectum, quod omnem sui partem determinatum, <u>singulare</u>

15. vel <u>individuum</u> dicitur. Individuum est haec charta, in qua scribo, hic calamus, quo scribo, hoc atramentum, in quo madeo &c.

Scholion. Omnimoda alicujus rei determinatio aliud non est, ut cogitanti patet, quam earum notarum collectio, quae rei illi conveniunt, et simul omnes nulli praeterea alteri convenire queunt. Notae hae pervulgato illo versiculo continentur: <u>forma</u>, <u>figura</u>, <u>locus</u>, <u>tempus</u>, <u>stirps</u>, <u>patria</u>, <u>nomen</u>. Quam quidem notarum collectionem rei cuilibet, quae datur ~~[illegible]~~ unicuique ei convenire, facile deprehendemus, si ad res omnes existentes cogitationem nostram ducamus. Omnis proinde res existens singularis est, seu aliquod individuum, ut Cicero, Caesar, hoc palatium, hic liber &c.

Quid objectum universale? Objectum non undequaque determinatum pluribus conveniens universale, sive commune appellatur. Tale objectum est <u>animal</u>, quod

16. indeterminatum est, et pluribus convenit hominibus, nempe, ac brutis; homo quod convenit Ciceroni, Caesari, aliisque hominibus.

Scholion Universalia non existunt extra mentis nostrae conceptum; quid? quod enim existit singulare est, et undequaque determinatum. Ill.

enim

enim quaeso talem aliquam deprehendes, in quo id solum, quod per vocem homo exprimimus (*vitam*, animum, *sensum*, et *ratio*) insit, praeterea quae nihil? Profecto hae notae etsi in unoquoque homine insint, ita tamen cum aliis quamlibet determinantibus conjunguntur, ut absque realiter separari nequeant. Neque tamen propterea universalia in intellectus nostri figmentis censenda sunt, quamvis enim ut ita abstracta non existant, existunt tamen reipsa in individuis, et conjuncta cum aliis notis determinantibus. Porro, et illud hic monuisse juvabit, quae [illegible] extra mentis conceptum, sive nomine cogitante existunt, a Philosophis *[illegible]*, *physice*, *realiter*, vel etiam *a parte rei* existere dicuntur; quae vero soli mentis nostrae conceptui existentiam debent, *logice*, *mentaliter*, aut *ratione nostra*, sive *nostro cogitandi modo*, juxta Philosophos ipsos existunt.

Objectum universale in tres praecipuas classes ~~partes~~ distribui potest est enim vel species, vel genus, vel differentia. Quotuplex objectum universale? 17.

Species est illa nota essentialis, (cum plures per modum unius considerantur), in qua plura individua inter se comparata perfecte conveniunt: sic Aristoteles, Cicero, Caesar, aliaque individua humana si inter se conferantur, perfecte in eo conveniunt, quod habeant vitam, sensum, et rationem, quae vocabulo *homo* exprimuntur: homo igitur est species. Item individua brutorum in eo conveniunt, quod habeant vitam, et sensum absque ratione, quod per vocem *brutum* indicamus: brutum igitur est species. Quid species? 18.

species, potest [illegible]

Genus est illa nota essentialis, cum plures per modum unius ac- Quid genus,

capta)

et quotuplex? captus) in qua duae vel plures species inter se collatae perfecte con-
19. veniant; sic homo comparatus cum bruto in eo perfecte convenit, quod habeat vitam, et sensum, quae per vocem *animal* denotantur; animal igitur est genus. Cum vero genera ipsa inter se comparata rursus in nota quadam essentiali constanter convenire possint; hinc diversae generum ipsorum classes constitui possunt. Genus, quo superius nullum est, *supremum*; quo nullum inferius, infimum seu *proximum* dicitur, reliqua his interjecta *subalterna* vocantur. Sic genus supremum hominis est ens; proximum *animal*; subalterna sunt substantia, vivens etc. Brevius: *Genus est similitudo specierum.*

Scholion. 1 Genera inferiora respectu, sub quibus continentur, nonnunquam species, respectu vero inferiorum, quae sub se continent, genera dicuntur, tum vero ad confusionem vitandam ea species, quae individua solum sub se complectitur, species infima audit, sic vivens respectu substantiae est species, respectu animalis est genus, animal respectu viventis est species, respectu hominis est genus: homo vero est species infima. 2 Etiam prout diversorum adjunctorum ac proprietatum ratio habetur, diversa quoque rerum genera, ac species dari possunt. Quare brutum, quod respectu animalis est *species*, respectu equi, canis, cervi etc. esse poterit genus; quin imo si diversitates varias in canibus, equis etc. attenderimus, novas canum, et equorum species inveniemus, quarum respectu canis, equus etc. genus erit.

Quid differentia? Differentia est illa nota essentialis, per quam individuum ab

ab individuo; species a specie; genus a genere differt. Hinc indivi- et quotuplex

dualis, una numerica, altera specifica; ultima denique generi- 20.

ca vocatur. Ita differentiam individualem inter homines constitu-

unt notae supra laudato versiculo expositae, forma, figura etc. Dif-

ferentiam specificam inter hominem et brutum efficit ratio. Dif-

ferentiam vero genericam inter animal et plantam constituit sen-

sus.

Sed illud hic etiam notandum est, res differentes toto genere [illegible] Scholion.

rare dicuntur, id vero tunc evenit, quando res ipsae sub eodem gene-

re proximo non continentur, sic e. gr. homo toto genere differt a plan-

ta; quia homo pro genere proximo habet animal, planta vero

vivens, [illegible]

Objectum aliquod concretum dicitur, quando cum nota quacunque Quid concretum,

cum conjungitur, et conjunctum accipitur, v. gr. marmor rotundum, ho- et abstractum?

mo doctus. Abstractum vero dicitur objectum, quando nota aliqua, a- 21.

bsque objecto, vel objectum absque nota, quacum re ipsa conjuncta

est consideratur, ut cum rotunditatem considero absque corpore rotun-

do, doctrinam absque homine docto, rationem in homine absque ratione

In concreto proinde duo attendenda sunt subjectum scilicet, Quotuplex

et nota, sive ut ajunt forma, quae cum illo conjungitur. Quoni- concretum?

am vero tribus diversis modis cum subjecto forma conjungi potest; in- 22.

de triplex concretum oritur, Metaphysicum, Physicum, et Logicum. Me-

taphysicum est, quando forma a subjecto non re ipsa, sed ratione

solum cogitandi modo distinguitur, ejusmodi sunt omnia genera, et

spe-

species, ut animal, homo; nam notae in iis repraesentatae inter se ratione non differunt. Physicum est, cum forma a subjecto, cui inhaeret, separari potest; ut homo doctus, corpus rotundum, paries albus. Logicum denique si forma subjecto non inhaereat, sed mente spectata notata ad illud refertur, ut cognitum, volitum, desideratum, visum, auditum; cognitio enim et volitio menti quidem inhaeret, ea notis tamen referuntur ad rem, quae cognitione vel volitione attingitur.

Reduplicativa concretorum acceptio

23. Ex his varia ... concretorum de subjecto acceptio notanda est. Denominative, itaque, seu specificative hunc dicitur terminus concretus, cum id, quod de eo enunciatur, ipsi propter subjectum suum praecipue convenit: reduplicative autem, seu formaliter, cum ei praedicatur quidpiam propter suam potissimum formam dicitur. Ex. gr. concreti Philosophus subjectum est homo, forma vero Philosophia. Hinc si dicas: Philosophus dormit, concretum illud denominative sumis, neque propositio in hac commutari potest. Homo qui Philosophiae subjectum est, dormit. Dormire enim Philosopho non ideo convenit, quia Philosophia excultus est, sed quia est homo. At si dicas; Philosophus naturae arcana pervidet, idem concretum formaliter, seu reduplicative sumis; naturae namque arcana non tam ideo pervidet, quod homo est, quam quod Philosophica disciplina intellectum excultum habeat; quare hoc alteram propositionem sic resolvere poteris: Philosophus ut Philosophus sive ob Philosophiam, qua excultus est, naturae arcana pervidet.

[illegible]

Caput 4.

De Simplicitate Dei: ubi etiam de Pantheismo, et Anthropomorphismo.

Deus est ens simplex. 11. Propositio prima.

Prob. primo. Deus est ens absolute necessarium: sed ens ejusmodi est simplex: ergo Deus est ens simplex. Min. prob. Ens absolute necessarium aut simplex, aut compositum sit oportet: sed compositum non est: ergo simplex. 52.

Min. prob. Ens compositum et oriri potest partium conjugatione, et interire earumdem partium dissolutione: sed ens absolute necessarium nec oriri potest, nec interire, cum aeternum sit; ergo compositum esse non potest. Maj. certa est, cum enim quaelibet entis compositi pars aliam, atque aliam locum occupare possit, perspicuum est, easdem partes distrahi ac separari posse. Ens igitur absolute necessarium, quoniam compositum esse non potest, simplex est.

Prob. 2do. Deus ex partibus componi non potest: ergo simplex et necessarius est. Ant. prob. Vel partes istae sunt infinite perfectae, vel non. Si finitae sunt perfectionis singulae, Deus inde emergens non esset infinite perfectus, quod est absurdum. Si infinitae sint perfectionis, tot erunt Dii, quot sunt partes, quod pariter naturae entis summe perfecti repugnat, quod natura unicum esse debet. Neque juvat, si dicas, partes has licet infinite perfectas ad unum Deum efficiendum uniri; hoc ipso enim quod singulae infinite perfectae ponantur, quaelibet ab alia perfecte independens erit; simul autem ab invicem necessario dependerent, quia necessario ad unum Deum constituendum mutuo concurrerent, qui est ens absolute, et undequaque necessarium.

Simplicitas Dei ex iis quoque perspicue colligitur, quae pro simplicitate animae humanae demonstranda afferri solent. Deus siquidem cum summa intelligentia praeditus sit, simplex omnino esse debet: ut enim in Psychologia

gia ostenditur, ens intelligentia praeditum nonnisi simplex esse potest.

Coroll. Deus igitur magnitudinem non habet, quae est quantitatis propria, nec figuram; spatium non replet; dividi ac in partes distrahi non potest; neque internis motibus agitari; nec verbo Deo competunt quaecunque enti simplici, quae simplici conveniunt.

Quid Pantheismus? Absurdissima eorum opinio, qui totum hoc universum Deum esse statuunt, Pantheismus vocatur. ~~Turpissimus Pantheismi error~~

53.

Scholion. Turpissimus Pantheismi error pervetustus est, et vulgo Xenophani Eleaticae sectae principi tanquam auctori tribuitur, qui cum ex nihilo nihil fieri posse arbitraretur, eo tandem delapsus est, ut unicam diceret substantiam esse, eamque increatam, infinitum Mundum denique simul et Deum. Neque vero cum parente hoc monstruosus hic foetus interiit, sed a successoribus propagatus Parmenide, Melisso, et Zenone Eleate auctoribus, ad Pythagoraeos quoque, et Stoicos transivit, uti ex Buddaeus Stoicus auctor fuit Lucan Cato, cujus haec sunt verba +: ex universo omnia, et ex omnibus universum est. Propagavit hoc systema recentiori Benedictus Spinoza Amstelodami Batavorum natus saeculo 16. ex Judaeo primum catholicus, deinde Calvinista, tum demum Atheus, Tollandus Hybernus libro edito anno 1720 quem Pantheisticon inscripsit. Sed, satis erit paucas nonnullas Spinozae propositiones referre, quas in nescio quo libro, cui titulus Ethica, exponit, et in quibus tanquam fulcris totum illius systema innititur. Statuit itaque primo, unicam in mundo universo substantiam, eamque infinitam, increatam, aeternam esse. Asserit deinde duo esse primaria hujus substantiae attributa extensionem nempe, et cogitationem. Affirmat tertio omnia corpora esse totidem hujus substantiae modos, quatenus extensa est, mentes vero ejusdem pariter modos, quatenus est cogitans. Contendit denique unicam hanc substan-

+ Jupiter est quodcunque vides, quocunque moveris. Hi quidem poetae non videntur sensum Stoicorum tamen expressisse carmine illo.

stultum Deum esse appellandum, quem ab ipso Mundo distinctum non esse contendit. En praeclarum Spinozae Deum, cujus imago a monstro illo, quod ini-tio artis poeticae describit Horatius, non multum dissimilis est. Quamvis por-ro ex statuta jam observata simplicitatis divinae, Spinozianum systema fun-ditus evertatur; operae tamen pretium duco directe illud insectari.

Deus est substantia distincta a Mundo; proindeque absurdis-simum est Pantheisticum systema, quod statuit uni-cam in mundo existere substantiam, eamque Deum esse. 12. Propositio [illegible] 54.

Prob. primo. Deus est ens simplex ut propositione praecedente demonstratum est: sed ens simplex est substantia distincta a mundo: ergo Deus est substantia di-stincta a mundo. Min. prob. Mundus est ens compositum, extensum, divisibile, ut cuique patet: sed haec omnia repugnant enti simplici, ut ex iisdem proprietatibus praecedenti fit perspicuum. ergo ens simplex est substantia distincta a mun-do.

Prob. 2do. Deus est ens absolute necessarium, immutabile, immensum, atque unum in omni perfectionum genere absolute perfectum, ut praecedentibus proposi-tionibus demonstratum est, mundus e contrario est ens contingens, mutabile, tem-poraneum, limitatum, imperfectum, ut ex miseriis, calamitatibus, mutationibus perpetuis, uno verbo ut ex quotidiana experientia constat, et ex iis, quae postea de mundo dicturi sumus patebit: ergo Deus et mundus nequeunt esse una, eademque substantia, proindeque alter ab altero distinctus sit oportet.

Prob. 3tio. Ipso Spinoza fatente, mundus est ens extensum; sed extensio pugnat cum omnibus Dei attributis: ergo Mundus cum Deo confundi non potest. Min. prob. Pugnat certe extensio realis cum infinitate; si enim existeret extensum reale infinitum, exi-steret etiam numerus partium realis actu infinitus, quod repugnat. Pugnat dein-de extensio cum indivisibilitate, quidquid enim extensum est dividi potest, cum con-

stet

stat partibus extra se positis. Pugnat extensio cum aeternitate, cum enim omne extensum sit compositum, omne vero ens compositum, et oriri, et interire possit, nullum certe ens compositum aeternum esse potest. Pugnat denique extensio cum cogitatione, ut in Psychologia demonstravimus ergo etc. Praeterea si res omnes Dei modificationes sint, tunc in eodem subiecto res quae se invicem excludunt, existere poterunt, cujusmodi sunt in corporibus alia sphaerica, alia cubica esse; alia moveri, alia alia quiescere, alia versus ortum, alia versus occasum impelli; in mentibus vero unam cognoscere, alteram ignorare; hanc recordari illam oblivisci; unam affirmare, alteram negare; hanc diligere illam odisse etc. quae quidem absurda esse quis non videat? sed quoniam ex rationibus, quibus sententiam suam confirmat Spinoza perspicue appareat quam ineptum sit hoc systema, juvat paucis hic in examen vocare.

Objectio prima Una substantia, inquit Spinoza, nequit produci ab alia substantia; sed
53. si Deus foret substantia distincta a Mundo, Mundus a Deo debuisset ex nihilo produci, cum repugnet duplex substantia improducta. ergo Deus non est substantia a mundo distincta. Maj. prob. Si substantia una ab alia substantia produci posset, hoc ipso haberent essentiam, naturam, et conceptum relativum, proindeque essent, et non essent substantiae, sed hoc repugnat ergo etc. Maj. prob. per definitionem substantiae, quam tradit Spinoza: per substantiam, inquit, intelligimus id quod in se est, et per se concipitur, hoc est cujus conceptus non indiget conceptu alterius a quo formari debeat. sed si substantia una posset ab alia produci, per substantiam non intelligeretur id quod in se est, et per se concipitur, hoc est etc. ergo etc. —

Responsio Distinguo ultimam maj. Per substantiam intelligimus id, quod in se est,

id:

Est quod per se subsistit, nec indiget alio, cui tanquam suo subiecto inhaereat, con. Per substantiam intelligimus id, quod in se est, idest, quod a se existit nec indiget alio, a quo creetur, et conservetur, nego maj. et sic distincta min., nego conseq.m Ita Dato opus hac difficultas, quae est Spinozae Achilles, totiusque aedificii fundamentum penitus dissipatur, ubi admonuerimus, quae in Ontologia de substantiae definitione tradita sunt. Ad essentiam quippe substantiae, ut per se existat eo sensu, quod subiecto non indigeat, cui velut sustentaculo inhaereat, minime necessario requiritur, ut omnis substantia a se existat; id enim praeter essentialem substantiae rationem singularem quoque quamdam substantiae perfectionem involvit, quae eamdem omnino excludit quod soli substantiae divinae propria est. [illegible]

Insistat vero Spinoza et inquit. conceptus substantiae non indiget conceptu substantia alterius rei, a qua formari debeat: sed si datur substantia creata illius conceptus necessario indiget conceptu alterius rei, a qua formari debeat: ergo substantia creata repugnat; proindeque mundus et Deus sunt una eademque substantia.

Distinguo maj. Conceptus substantiae absolutus sive prout praecise substantia est non indiget conceptu alterius, a quo formari debeat, con. conceptus substantiae relativus, sive prout substantia creatura est, negamus. Distinguo et minor: sive si datur substantia creata illius conceptus relativus indiget conceptu alterius rei, a quo formari debeat, con. illius conceptus absolutus, sive ut praecise substantia est, nego min. et conseq.m Substantia itaque quando praecise accipitur prout, quod per se subsistit, non indiget conceptu alterius, a quo conceptus illius formari debeat, quia si substantia pro creata ab alio mentitur illius conceptus est relativus, proindeque necessario indiget alio conceptu, ad quem relationem habet. Quamvis igitur duplex substantia increata et a se existens ob rationes in Ontologia allatas repugnat, plures tamen Responsio

sub.

substantiaeque substantiae non repugnant, si in formali suo conceptu ac [illegible]
[illegible]

Objectio 2da. 56. Concipi non potest qua ratione substantia una ab altera produci possit ex nihilo: ergo substantia una ab altera produci tamen dicitur, proindeque plures substantiae in mundo admittendae non sunt; atque adeo Deus non nisi est substantia a mundo distincta.

Responsio. Con. ant. nego conseq. Concipi non potest, qua ratione ex omnibus [illegible] Spinoza, ut plures in mundo substantias inficiaretur: ergo plures in mundo substantias non negavit Spinoza. Numne ergo hoc similiter ille, quod inhibit Spinoza? Verum illius ergo non pluris faciendum est, quam illum Democriti, et Aristoxeni, quibus difficile erat quid, aut qualis esset intelligentia, nihil omnino animum esse, teste Tullio docuerunt. Caeterum an [illegible] fuerit Spinoza, non facile determinare potest. [illegible] faciunt [illegible]

[illegible]

Confundit vitia, ac virtutibus; et [illegible] nil
[illegible] rite, [illegible]
Ignorante alio, atque alio [illegible]
Egregium [illegible], [illegible] quod [illegible]?

Non vindicta est, quamvis [illegible]
Corporis [illegible]
[illegible] quod [illegible], et quod [illegible] est
[illegible] carnificem, gladiumque [illegible]
Distinguet [illegible]

Objectio tertia 57. In rerum natura non possunt esse Deus, aut plures substantiae: ergo
Ant. prob. Si plures darentur substantiae, eae essent aut ejusdem attributi,
aut

aut diversorum: (attributi nomine Spinoza intelligit omne id, quod conci-
pitur in se, et per se adeo ut ipsius conceptus non indigeat conceptu alte-
rius rei) sed neutrum dici potest: ergo q. Min. prob. Si ejusdem essentiae at-
tributi; cum eadem attributa eandem supponant substantiam, jam non plu-
res sed una eademque substantia essent; si diversorum attributorum, vel
attributa hujusmodi essentialia, vel accidentalia essent. si primum jam substantiae
illae non essent substantiae cum essentialiter differant: si alterum earum diversi-
tas nonnisi accidentalis est, proindeque non afficit, neque necessario sint una eadem-
que indivisibilis substantia ergo q. [illegible]

Nego ant. Achillis prob. con. maj. nego min. Ad alter. prob. distinguo prim. par. Responsio
tam ant. scilicet si plures substantiae ejusdem essent naturae attributi; jam non
plures, sed una essent eademque substantia, con. si ejusdem essent generis tan-
tum, vel speciei attributi, nego. Est, inquit Baylius, hic Spinozae Achilles, totius-
que aedificii fundamentum: idem tamen pueriliorum est sophisma, et pudo-
et Logicae tirones eo capi. Quicumque Philosophiae rudimenta tradunt, inter
prima praecepta nos docent: quid hoc sibi velint genus, species, individuum.
Distinctione igitur ejusdem speciei, et ejusdem numero attributi nodus solvitur,
qui totus in vocum ambiguitate situs est. Hac et cum hanc responsionem si-
ni anciperet Spinoza. necesse perfecto est, ut et ipse cum de modificationibus
nis agit, addere debuit. itidemque plurimae sunt substantiae, tum ejusdem at-
tributi, tum diversorum; primo enim duo homines ex gr. Paulus et Petrus ejus-
dem sunt attributi, eandem habent naturam, eandem essentiam, duo sunt
~~[illegible]~~ ejusdem speciei individua, non tamen una eademque sunt sub-
stantia quoad numerum; Paulus enim numero a Petro distinguitur: contra ve-
ro homo, et lapis duae sunt diversorum attributorum substantiae, quorum
non eadem sunt natura, essentia, et species: atqui tamen duae sunt sub-

stan-

stantiae. nomine enim entis generatim existunt, et ab alio quolibet ente sejun-
cti; quia subjecto indigeant quo existant, vel cui inhaereant, proindeque quia
sunt modificationes [illegible]

Objectio 58.

Quidquid est, in Deo est, et nihil sine Deo esse, aut concipi potest: sed quidquid
est in alio, aut illius attributum est, aut modus: ergo quidquid est, aut attri-
butum Dei est, aut modus: sed si res ita se habet, res mundanae non sunt
nisi modificationes, et affectiones Dei: ergo q.

Responsio

Distinguo maj. Quidquid est in Deo est tanquam in sua causa conservan-
te, et nihil sine Deo tanquam causa producente, et conservante esse, aut
concipi potest conceptu relativo, con. maj. Quidquid est in Deo est tanquam in sub-
jecto inhaesionis, et nihil sine Deo tanquam subjecto inhaesionis Dei, aut conci-
pi conceptu absoluto potest, nego maj. Et similiter distincta min. nego consequentiam.
Distinctionis ratio jam patet ex iis, quae ad objectionem primam, ejusque instan-
tiam respondimus. [illegible]

Instantia prima

Nulla praeter Deum potest esse substantia. ergo quidquid esse concipitur, in
Deo est tanquam in subjecto inhaesionis. Ant. prob. Deus est substantia infinita,
sed praeter substantiam infinitam nulla alia esse potest: ergo q. Alia prob. Sub-
stantia infinita omnem entis gradum continet: sed praeter substantiam, quae
omnem entis gradum continet, alia esse non potest: ergo q.

Responsio.

Nego ant. Ad illius prob. con. maj. nego min. Ad aliam prob. Distinguo maj. Sub-
stantia infinita omnem entis gradum continet eminenter, con. formaliter
nego maj. et sic distincta min. nego consequentiam. Probe itaque notandus est mo-
dus, quo Deus omnia in se continet. Deus scilicet omnia in se continet non
formaliter quasi sit ipse omnium rerum congeries, et quae in hoc universo
spectantur, non sint nisi Dei attributa, modi, portiones, ut Pantheistae fabu-
lantur; sed continet Deus omnia virtualiter, et eminenter, hoc est quidquid per-

fe-

fectionis est in quolibet re, altiori modo, infinito, ac illimitate continetur in Deo. Alioquin enim si juxta propriam formam, ac naturam omnem entis gradum Deus contineret, monstrum quoddam esset ac absurdum, ut pugnantium conciliationem et turpe aliquod divinitatis portentum; nempe lapideum simul, et plumbeum; orbem regendo, simul regeretur, plectendo plecteretur; imperando serviret, cresceret in plantis, sentiret in brutis, ratiocinaretur in hominibus etc. quae quidem omnia cum absurda sint patet Deum omnem entis gradum formaliter non continere.

Substantia infinita formaliter continet quidquid est perfectio: sed quilibet substantiae gradus entis est perfectio: ergo substantia infinita quemlibet entis gradum formaliter continet.

Distinguo maj: Substantia infinita formaliter continet quidquid est perfectio vera, et absoluta, con. maj. quidquid est perfectio improprie dicta nego maj. et sic distincta min. nego conseq. Substantia infinita formaliter quidem continet omnes perfectiones veras, et absolutas, minime vero improprie dictas, quaeque dicunt aliquid imperfecti sibi adjunctum habent: extensio corporea ex. gr. quamvis suo modo bona sit, aliquid tamen imperfecti secum importat quia minimam perfectionem aliam eique longe praestantiorem excludit, nempe cogitandi facultatem quacum nullo modo consistere potest. Substantia igitur infinita perfectiones omnes improprie dictas proindeque omnem entis gradum formaliter non complectitur. Responsio

Si plures essent substantiae, haberent aliquid inter se commune. ergo possent una per aliam concipi: sed hoc est absurdum. ergo per definitionem ipsam Spinosae, substantia est id quod intelligitur per se, cujus conceptus alterius conceptu non indiget: ergo substantia una per aliam concipi nequit; proindeque [illegible] Objectio 5ta. 59

Re:

Responsio. Con. ant. Distinguo consequens, potest una per aliam concipi conceptu inadaequato quatenus nempe cum alia convenit, conc. consequens conceptu adaequato nego consequens. Duae, substantiae diversae aliquid inter se commune habent, nimirum genus; aliquid autem omnino diversum differentiam scilicet. Hinc est, quod una perfecte, et accurate per aliam concipi non potest. Sunt et aliae substantiae, quae in eadem specie constitutae, solo numero differunt ... [illegible]

Scholion. Haec sunt quae de Pantheistarum errore dicenda erant. Hi Pantheistarum insaniam aliorum Philosophorum dementia longe superavit, qui Deum a mundo distinguentes hujus animam illum esse volebant. Erat hoc Pythagorae, multorumque Stoicorum commentum, quos et alii secuti sunt, qui unanimiter docebant .... Deum ire per omnes terrasque, tractusque maris, caelumque profundum. Nos autem adeo sententiam hanc existimamus, ut in illa refellenda diutius immorandum non sit. Et enim quidem verum si Deus foret anima mundi; ille vel animaret etiam animantium corpora, hominum nempe, et brutorum, vel non. Quidquid dixeris absurdum est: si enim a Deus hominum, brutorumque corpora animaret, tum hominum mentes, brutorumque animae, forent ipse Deus, proindeque omniscii, nihil ignorarent, forent ab omni miseria immunes, omnesque illas proprietates haberent, quas ad necessario tribuimus, quod quis unquam admittet? Si vero Deus hominum, brutorumque corpora non animaret, tum absque ratione sufficiente careret, Deus non anima mundi. Si qua enim esset ratio sufficiens, foret haec, quia motus hujus machinae mundanae et affectus, quos in natura conspicimus, sine Deo ut anima explicari nequeunt: quod quidem falsum esse, ut in physica demonstratur. Sed his omissis ad Anthropomorphismum, qui quidem est alter gravissimus error simplicitati Divinae op-

oppositos, gradum faciamus.

Eorum hypothesis, qui Deo corpus, et formam humanam attribuunt Quid Anthropomorphismus?
Anthropomorphismus vocatur.

Absurdissima haeresis illorum fuit, qui animum ab oculorum 60.
consuetudine abducere non poterant, licet ceteroquin de Deo magnifice sentirent. Scholion.
Illius origo e difficultate, quam veteres in formanda entis simplicis idea sentiebant, repetenda esse videtur: inde enim fiebat, ut omne quod est, corpus esse; et quod corpus non est, non esse putarent. Hinc Dei simplicitatem noluerunt qualitas, qui Deos, quos colebant, corporeos existimarunt; Rabbini quidem qui divinum corpus monstrosae magnitudinis proportionatum tamen finxerunt, ita ut oculum unum ab alio distare mensura quot mille milliaris docerent; non pauci etiam ex vetustioribus Aegypti monachis saeculo 4. qui verba scripturae, quae Deo vultum, oculos, et manus tribuunt, ad literam acciperent; Tertullianus etiam a nonnullis numeratur: et denique nostris temporibus se suspectum reddidit Hobbesius verbis illis: Illi qui Deum, qui Deo quietitatem tribuunt, recte faciunt, est enim honorificum. Sed tenuitatem (intellige simplicitatem) attribuere; quamquam quidem est ad nihilitatem, periculosum est. Ut itaque simplicitatem Dei magis magisque vindicemus, praestat paucis Anthropomorphitarum errorem refellere.

Corpus, et forma humana Deo tribui non potest

Propositio 13tia
61.

Prob. Deus est immutabilis ut supra ostendimus; ergo corpus, et forma humana illi tribui non potest. Consequentia prob. Quidquid corpore constat cum compositum sit mutari potest, et corrumpi: ergo Deo enti immutabili corpus et ~~forma~~ forma humana tribui non potest. Sed certum est, quod

enim

enim partium compositione constat, eorundem partium solutione dissi-
pari potest, et corrumpi. Accedit quod Deus est ens, quo nihil majus con-
cipi potest: sed quocumque excogitato corpore majus, et majus sine fi-
ne concipi potest, quaelibet enim corporea moles, quamvis ingentissi-
ma novam semper magnitudinis accessionem accipere potest. Deus de-
inde est immensus ut supra probatum est, porro nullum corpus est
hujusmodi; alioquin omnia repleret loca, ex quibus caetera corpora ex-
cluderent. Non denique non potest Deus ex mente, et corpore constare; tunc
enim coalesceret ex partibus a se invicem distinctis: sed ens infinite perfectum
coalescere non potest ex partibus a se invicem distinctis; partes namque illae
nequeunt esse infinitae, cum partis nomine intelligatur aliquid, quod to-
to est minus; si vero partes illae finitae sint, ex earum complexione to-
tum quoddam infinitum conflari non potest: ergo &c.

Confirmatur ex Tullio, qui l. 1. Tuscul. qu. c. 27. sic ait: ¶ Nec vero
Deus ipse, qui intelligitur a nobis alio modo intelligi potest, nisi mens
soluta quaedam, et libera, segregata ab omni concretione mortali, omnia sen-
tiens, et movens, ipsaque praedita motu sempiterno. Similiter videtur idem
Deorum formas a Poetis, et pictoribus inductas l. 1 de nat. Deor c. 27 sic
loquitur. Quid tam caecus in contemplandis rebus quisquam fuit, ut non videret
species istas hominum collatas in Deos aut consilio quodam sapientum, quo faci-
lius animos imperitorum ad deorum cultum a vitae pravitate converterent, aut
superstitione, ut essent simulacra, quae venerantes deos ipsos se adire cre-
derent? Auxerunt autem haec eadem Poetae, pictores, opifices.

Corol. Deus igitur ita simplex est, ut omnem a corporis rationem excludat
et a materia sit omnino distinctus, cum enim Deus sit ens infinite perfectum
et immutabile, cum materia confundi nullo modo potest quoniam infinitus

per-

perfecta, nec immutabilis est. Hinc facile colligitur, Deum esse purissimum spiritum: spiritus enim est substantia simplex, immaterialis, et intelligentia donata, qualis certe Deus est, ut ex hactenus demonstratis evidentissime patet. Accedit quod esse spiritum sit aliqua perfectio ut ex rationibus tum spiritus, tum perfectionis colligitur. Deus igitur qui complectitur in se omnes perfectiones possibiles, purissimus spiritus est.

Ille corpus habet, cui scripturae magnitudinem, oculos, brachia, pedes, aliaque corporum proprietates attribuunt: sed haec omnia Deo tribuunt scripturae: ergo etc. — Objectio prima 61

Distinguo maj. Ille corpus habet, cui scripturae magnitudinem, oculos, brachia etc. vere et proprie tribuunt, con. cui metaphorice tribuunt nego maj. et sic distincta min. nego consequentiam. Locutiones quae in scripturis reperiuntur, et in quibus Deo membra humana tribuuntur ad litteram accipiendae non sunt sed metaphorice. Cum enim pauci sint homines, qui res ab omni materia remotas, qualis est Deus, animo assequi valeant, scriptura ut menti humanae imbecillitati sese accomodet, perfectiones divinas sub variis corporis imaginibus exhibet. Sic audiamus Theodoretum Quaest. 20 in Gen. sic contra Anthropomorphitas loquentem. Stolidi, inquit, non animadverterunt, Dominum tum per homines hominibus loquentem audientium infirmitati sermones accomodare et quoniam nos oculis videmus virtutem eius per quam videt scriptura vocat oculos. et eam audiendi facultatem vocat aures, quoniam his partibus audimus. Accedit quod ipsa scriptura nos monet, imagines istas crassius humanoque more intelligendas non esse; inquit enim: numquid oculi carnei tibi sunt, aut sicut videt homo, et tu videbis? Job 10.4. — Responsio

Gen. c. 1 legimus, hominem ad imaginem, et similitudinem Dei factum esse; sed homo constat anima, et corpore: ergo etiam Deus — Objectio 2da 62

Re:

Responsio

Distinguo maj: Genesi c. 1 legimus, hominem ad imaginem, et similitudinem Dei factum esse, et hoc intelligendum vel ratione animae solius, vel dominii, quod in ceteras creaturas homo accepit, con. maj. ratione corporis nego maj. et consequentiam min. nego consequentiam. Scripturae verba juxta mentem Patrum intelligi debent; Patres porro istam hominis cum Deo similitudinem alii in nobiliori hominis parte constituunt, idest in anima, inquit enim Divus Ambrosius: invisibilis Dei imago non in eo est, quod videtur sed in eo utique quod non videtur: quam quidem imaginem vel in eo reponunt, quod anima hominis ratione praedita est vel in eo, quod liberum habeat arbitrium. Alii Alii vero ex Patribus in dominio constituunt, quod homini in ceteras res creatas concessum est. Et sane post verba illa Genesis: Faciamus hominem ad imaginem, et similitudinem nostram, Deus statim addit, et praesit piscibus maris, et volatilibus, et bestiis, universaeque terrae, omnique reptili, quod movetur in terra. Gen. 1. 26.

Caput 5.

De Divinorum attributorum distinctione.

Quid distinctio, et quotuplex? 64.

Distinctio, ut in Ontologia sub numero 29. diximus, est ea entium affectio, qua fit, ut eorum unum non sit aliud, sed diversa sint. Quare ea inter se distinguuntur, quae non sunt idem, seu quae eamdem non habent entitatem. Distinctio porro ut in Ontologia monuimus, alia realis est, alia rationis; realis inter illa datur, quorum unum re ipsa, et citra omnem intellectus considerationem, non est aliud ut inter solem et lunam. Distinctio rationis quae mentis est, et logica dicitur, tunc habetur, cum in una eademque re plura concipiuntur, quae re ipsa unum idemque sunt, ut vis sentiendi, et ratiocinandi in eodem homine. Jam vero distinctio rationis alia est rationis, ut vocant, ratiocinatae, et alia rationis ratiocinantis. Prior est, quae fit cum fundamento

in

in re, sive cui objectum ipsum occasionem praebet, ut cum distingui-
mus justitiam Dei, ejusque misericordiam. Posterior est, quae fit absque fun-
damento, cum scilicet mens pro suo arbitrio distinguit, ubi res occasionem
non praebet, ut cum distinguimus inter hominem, et animal rationale. Sed
consule Ontologiam loco citato.

Ubi de distinctione divinorum attributorum agitur, triplex error est re- Errores circa distinctionem divinorum attributorum
pellendus. Primus Arianorum est, quos Anomaeos appellant, qui distinctio-
nem omnem etiam rationis inter Dei attributa, ejusque essentiam susti-
lerunt; adeo ut bonitas, misericordia, justitia etc. a divina substantia nul- ó5.
lo prorsus modo, ne per mentem quidem nostram differant. Ex quo illud
consequebatur, Filium Dei, quoniam genitus esset, Patri haudquaquam
consubstantialem esse. Quem quidem errorem Aetius, ejusque discipulus
Eunomius Cyzicenus Episcopus potissimum propagarunt. Error alter est Gil-
berti Porretani Episcopi Pictaviensis, qui attributa absoluta invicem, et ab es-
sentia realiter secernebat, vel certe Personarum ab essentia distinctionem
admittebat. Tertius denique error est Gregorii Palamae Monachi primum montis
sancti, tum Episcopi Thessalonicensis, qui facultates ab operationibus di-
jungebat. Quamvis porro errores isti jam ab Ecclesia damnati fuerint, abs
re tamen non erit hic eos ratione ipsa refellere. Sic itaque statuemus.

Inter essentiam divinam, ejusque attributa, et ipsa invicem attributa Propositio prima 14
distinctio aliqua admittenda est. ó6

Prob. Illa aliquo pacto inter se distinguuntur, quorum diversus est conceptus:
sed diversus est conceptus naturae, et attributorum, ipsorumque invicem attribu-
torum: ergo natura divina ejusque attributa, et ipsa invicem attributa aliquo
pacto inter se distinguuntur. Majoris veritas facile cognoscitur. Ratio enim
sufficiens, cur conceptus nostri diversi sint, non aliunde quam a rebus ipsis

de-

separari potest: cum igitur de rebus judicamus, ex conceptibus quos de iis habemus, quarum diversos habemus conceptus, eas inter se aliquo pacto distingui judicamus. Min. itaque prob. Cum concipimus naturam, omnes simul divinas perfectiones concipimus; cum vero concipimus singula attributa, concipimus unam duntaxat, vel alteram perfectionem; proinde diversus est conceptus singulorum attributorum: cum enim concipimus omnipotentiam, eam concipimus perfectionem, qua Deus omnia facere potest; cum sapientiam, eam, qua novit omnia etc. ergo etc. Et vero intellectus noster ita comparatus est, ut ubi videt rem plures producentem effectus, vim pluribus aequivalentem, plures in re illa distinctas perfectiones concipiat, quarum una uni effectui, altera alteri respondeat, ut patet in sole, cui [illegible]

Confirmatur ex divo Basilio, et Gregorio Nysseno, quorum prius lib. primo contra Eunomium hoc habet: Qui enim ridiculum non est, si quis procreandi vim, ipsam esse dicat aeternitatem, [illegible] esse providentiam necnon aeternitatem, itidem praescientiam, ac denique efficientiam eandem aeternitatem esse statuat? Quod si omnia ad unam ita tendunt significationem, necesse est, ut inter se idem valeant, sicut fit in iis, quae multis nominibus appellantur, sicut cum Simonem et Petrum, et Cepham eundem dicimus. Quare si .... qui [illegible] esse Deum, ac [illegible] dispensator..., quid unquam absurdius est...? Alter vero contra [illegible] Eunomium [illegible] sit Eunomius, quid frustra scriptura multis nominibus divinam naturam vocat Deum, judicem, justum, fortem, longanimem, verum, misericordem? Debet ergo distinctionem aliquam admittendam esse etc.

15. Propositio adv. 61. Perfectiones, et operationes divinae ab essentia rea: [illegible] non distinguuntur.

Rob.

Prob. si perfectiones, et operationes divinae ab essentia formaliter distinguerentur, vel accidentes essent, vel substantiae: sed neutrum dici potest: ergo q. Maj.
prob. dici imprimis non potest esse accidens; quia hoc absurdum promit
a Deo, quod nemo dixerit, qui Dei essentiam labefactare non vult; accedit
quod hoc natura divina imperfectiorem essent, atq. vero adventitia forent et
a natura diversae, quod Cyrillus Alexandrinus l. q. in Joannem, et sana ratio
dici vetant. Dici deinde non potest perfectiones, et operationes divinas esse sub-
stantias a natura diversas, quia tunc essent totidem Dii a Deo diversi. Acce-
dit, quod ea, quae reali distinctione ab invicem distinguuntur, sunt a se ipsis
diversa: sed perfectiones, et operationes divinae ab essentia realiter diversae esse
non possunt, cum Deus sit ens simplicissimum: ergo q. Hinc merito Bernardus con-
tra Gilbertum in Concilio Rhemensi testatur, in quib. stylo ferreo, et sculpan-
tur in silice, quod divina essentia, forma, natura, deitas, bonitas, sapientia,
virtus, potentia, magnitudo vere est Deus. Jam et Gilbertus ipse repugnavit,
et abjuravit errorem, dicens: si vos aliter creditis, et ego: si aliter dicitis, et
ego: si aliter scribitis, et ego.

Illa sunt realiter distincta, quorum diversae sunt ideae, diversae definitiones, Objectio prima
diversa objecta. atqui divinorum attributorum diversae sunt ideae, definitio- 68.
nes, et objecta: ergo q.

Distinguo maj. Illa sunt realiter distincta, quorum diversae sunt ideae adae- Responsio.
quatae, definitiones completae, objecta remota, con. quorum ideae inadaequatae,
definitiones incompletae, objecta proxima diversa sunt nego maj. eademque
ratione distincta min. nego conseq.

Illa inter se realiter debent distingui, de quibus enunciantur praedicata con- Objectio 2da.
tradictoria: sed ejusmodi praedicata enunciantur de attributis et operationibus di- 69.
vinis: ergo q. Maj. prob. justitia divina punit, non parcit, misericordia non pu-
nit.

sit, nec parcit; intellectus divinus intelligit, non vult; voluntas divina non intelligit, sed vult: atqui punire, et non punire; parcere, et non parcere; item intelligere, et non intelligere; velle, et non velle sunt praedicata contradictoria: ergo &c.

Responsio. Distinguo maj. illa inter se realiter distinguuntur, de quibus enunciantur praedicata contradictoria praeter omnem mentis considerationem, et abstractionem, conc. de quibus enunciantur praedicata contradictoria per mentis considerationem, et abstractionem, nego maj. et sic distincta min. nego consequentiam. Ad prob. respondeo, tam justitiam, quam misericordiam versando circa objecta justitiae, respicere punire, et non parcere, versando autem circa objecta misericordiae, parcere respicere, et non punire: quamvis intellectus noster, abstrahendo justitiam a misericordia, illam ad objecta justitiae, hanc ad objecta misericordiae referat. Idem dic de intellectu, et voluntate; praecise enim nostra consideratione intellectio, et volitio, idem est simplicissimus actus, qui tamen prout a mente nostra concipitur sub ratione veri, intellectio, et prout sub ratione boni concipitur, volitio dicitur.

Scholion. Si quaeras quo pacto Dei essentia ab attributis relativis, et ipsa inter se attributa relativa inter se distinguuntur, praemissis respondeo non alia ratione distingui, quam distinctione rationis ratiocinatae cum fundamento [illegible] hac sola admissa fidei regula, et sacrorum conciliorum, Patrumque sententia de natura divina, et personalitatibus ab omni contradictione facili negotio vindicamus. Sed ut super divinis personis dicere sit, dissimere ad Theologos pertinet.

Caput 6.

De Unitate Dei, et Polytheismo

Quid Polytheistae? Qui plures Deos colunt, graeco vocabulo Polytheistae dicuntur.

hi

Quemadmodum Athei nullum Deum admittunt, ita Polytheistæ e con-verso plures extare Deos turpiter arbitrantur. Quamvis porro unicum esse Deum, sola ratio naturalis lumine demonstrat, non pauci tamen sple-ndidam hanc veritatem impugnarunt. Et primo quidem unitatem Dei in-ficiati sunt Gentiles, quorum in Diis multiplicandis tanta fuit insania, ut Varrone teste, Hesiodus, quem nongentis fere annis ante Christum vixis-se ferunt, triginta Deorum millia jam tum in terra esse recensuerit. Cum liberum adeo esset cuique sibi Deum fingere, ut quemadmo-dum refert Cælius Rhodiginus non provinciis modo sed et suus esset cuique civitati Deus. Quinimo eo dementiæ devenerunt Egyptii, ut o-mne ferarum genus, et ipsa hortorum legumina divinis prosequeren-tur honoribus, quos quidem lepide ubi Juvenalis dum ait: Porrum et cepe nefas violare, ac frangere morsu: O sanctas gentes, quibus hæc nascuntur in hortis numina! Nos interim ad Dei unitatem vindican-dam statuimus. 70. Scholion.

Deus necessario unus est.

16. Propositio prima.

71\. Prob. primo. Ens complectens in se omnes possibiles perfectiones absque ullo limite est ut supra demonstratum est. sed ens hujusmodi neces-sario unum est: ergo &c. Min. prob. summam super omnes alios excellen-tiam habere, summum in reliquos omnes jus, et summam potestatem; omnique eminere rebus omnibus natura, præstantia, planeque quæ in omnes dominium, singularis quædam perfectio est: ergo hanc quoque Deus perfectio-nem habet. sed hæc perfectio a pluribus possideri nequit ergo Deus solus illam habet, proindeque necessario unus est. Min. subsumpta inde patet, quod in natura, et attributis neque superiorem neque parem habere, sum-ma sit perfectio: enti igitur infinito, cujusmodi est Deus, hæc quoque tribu-

da.

debet. Augustinus hoc Tertullianus quoque Marcionem premebat l. 1. contra eun-
dem c. 3. Conditio autem summi magni est, ajebat ille, ut nihil illi adaeque-
tur, idest, ut non sit aliud summe magnum, quia si fuerit adaequabile,
et si adaequabitur, non erit jam summe magnum, eversa conditione, et
ut ita dicam, lege, quae summo magno nihil sinit adaequari.

Prob. 2do. Si plures sunt Dii, vel eorum unus ab altero potest impe-
diri, ne in mundi regimine id, quod sibi magis placet perficiat, vel non potest.
Si potest, ergo nullus illorum est Deus, est enim nullus eorum in actione liber
ac plene independens. Si non potest; ergo nullus idoneus est, cui Dei no-
men jure conveniat; quomodo enim omnes Deus potest, qui non tantae
est potestatis, ut omne quod vult libere peragere queat? Neque dicas
ob summam illorum perfectionem nunquam in voluntate dissentire, eo
ipso enim, quod libere volunt, dissentire possunt; quod quidem satis est, ut
in mundi regimine pugna oriri possit, ideoque nullus sit Deus. Si plures sint
Dii, inquit Xenophanes, necesse est aut esse vel pares, vel impares potentia;
si impares, quo pacto debiliores sunt Dii, ipsi videant, qui plures Deos admit-
tunt. Si pares, alter alterius voluntatem impediet, ac jam neque fieri, ne-
que non fieri poterit, quod ne ipse intelligi nequit.

Prob. 3tio. Vel unus sufficit Deus, ut existat mundus, quaeque in illo
sunt, et ordinate regantur, vel pluribus est opus: si unus sufficit, ergo unus
tantum verus est, quis enim alios diceret Deos, sine quibus mundus esse
potuit, et regi? Si unus non sufficit, ergo nullus eorum est Deus, cum limi-
tatam habeat potentiam, proindeque non sit in omni linea summe per-
fectus. Accedit quod si plures Dii statuantur, vel unus eorum ha-
bet eandem numero perfectionem, quam habent alii, vel non. Si primum: er-
go non plures, sed unus est Deus: si alterum, jam nullus est Deus,
cum

cum nullus habeat esse omnia, quae habere possit, proindeque non
sit infinitus [illegible]

Prob. 4to. Ex veterum tum Philosophorum tum Poetarum consensu, qui omnia vi evidentiae convicti, unum esse supremum numen confessi sunt. Et ad Philosophos quidem quod attinet, Minutius Felix in Octavio a Thalete Milesio incipiens unum Deum agnovisse omnes ostendit quod quidem illius testimonium, tanquam longius [illegible]. Ita tandem passim illos var-ia recensemus in quibus illos commemorat, qui licet superstitioso plurium numinum Deorum cultu implicati sibi, cum tamen calamitate compressi repente premerentur, non Deos sed Deum inclamant. Audio vulgus, inquit, cum ad Caelum manus tendunt nihil aliud quam Deum dicunt; et Deus magnus est, et Deus verus est, et si Deus dederit. Zeno Eleates hoc aperte non affirmavit modo, sed et probavit Deum esse unum, cujus probationis verba referens haec sunt: Si Deus omnium est . . . , Deus ille decet esse unus tamen ut omnia, quae vellet, facere possit, nam si plures essent, unus absoluta non potest valere potentia. Antisthenes, ut Cicero scribit, dicere solebat: populares Deos esse multos, naturalem unum. Plato licet palam plurimorum Deorum mentionem fecerit, in Timaeo tamen maximi parentis meminit adjungens: parentem hujus universitatis invenire in vulgus nefas. . . . quamvis sine verisimilibus argumentis loquantur (ut ait pluribus) veteri legi at non parendum est. Inde privatim et cum maxime soli [illegible] loquuntur vocabulum Θεος in singulari semper numero usurpavit. Accedit quod multi unquam gentiles cum Christianis congredientes, pluralitatem defenderent, quia ob id expugnati una voce ut scribit Orosius Hist. l. 6. c. 1 respondebant: Non per plures Deos sequi, sed sub uno Deo magno plures ministros venerari. Hac dissimili ratione plerique ex juniorum Platonicorum

[illegible]

Schola in ep.ª ad S. Augustinum data, ne utrumque [illegible], ingeniis;
Equidem unum esse Deum summum, sine initio, quis tam demens,
tam mente captus est, qui neget esse certissimum?[2] Hujus nos virtutes
per mundanum opus diffusas multis vocabulis invocamus. Denique
nomine recte arguimus, cum a primis Philosophis Deum admissum fuisse,
quem Epicurus tam acriter impugnavit.[1] At vero non Jovem, non Satur-
num, non Neptunum, non alios Deos, sed Dominum sempiternum sufferre
nolebat Epicurus, clamat enim apud Tullium: Imposuistis in cervicibus no-
stris sempiternum Dominum, quem dies, et noctes timeremus; quis enim non
timeat omnia providentem, et cogitantem, et animadvertentem, et omnia
ad se pertinere putantem, curiosum, et plenum negotii Deum![1]

Philosophis accedunt Poetae, religionis vulgaris fere interpretes. Et qui-
dem Orpheus Poetarum vetustissimus, qui Thraces religione informavit,
ita cecinisse fertur, unicus est per se existens, qui cuncta creavit: ...
magnum adeo praeter regem non alter habetur. Sophocles in trage-
dia publica ait: unus profecto est, unus est tantum Deus, qui Caelum,
et amplum condidit terrae globum. [illegible] [illegible], teste Clemente Alexan-
drino, unitatem Dei professus est: Ipse nec regno, Diis hominibusque continet
unus, nec tenet imperium tam in immortalibus ullus. Valerii Sorani
vetustissimi hos nobis versus servavit Varro: Jupiter omnipotens regum
rex ipse, Deumque progenitor, genitrixque Deum, Deus unus, et omnis. Nota
sunt omnibus quae Virgilius, Horatius, Ovidius cecinerunt: Virgilius quidem:
O qui res hominumque Deumque aeternis regis imperiis, et fulmine
terres! Alter autem: Qui res hominum, ac Deorum, qui mare, et terras,
variisque mundum temperat horis; unde nihil majus generatur ipso,
nec viget quidquam simile, aut secundum. Et munus Deos mortalesque 2
ha-

[... imperio regit universaque. Verum ne longior essem, non Philosophos modo, et Poetas, verum etiam nationes ~~Dei~~ Dei unitatem agnovisse ostendere po-
ssem; et ut Chaldaeos, Egyptios, Ethiopes, Persas, aliosque de quibus historiae fi-
de dignissimi fidem faciunt. Patet ergo q.

Sensus communis docet plures existere Deos: ergo q. Ant. vide prob. quod opinio de pluralitate Deorum, sive Polytheismus tam longe, lateque ante Chri-
sti adventum ~~et~~ obtinuit, ut non nisi in sensu communi fundari potuerit. Ingens certe fuit Deorum illorum turba, quos Graeci, et Romani populi omni-
um cultissimi venerabantur. Ut enim supra meminimus, Hesiodus, [illegible] te-
ste, triginta, et amplius Deorum millia numerabantur. Orpheus trecentos no-
naginta quinque retulit. Idem dic de aliis.

Objectio prima. 12.

Nego ant. et respondeo Polytheismum nullos characteres habere con-
sensus in unam naturam fundati. Et primo quidem aliam habet originem, quam quae sit ipsius naturae. Originem hanc demonstrat Salomon sapientiae cap. 13. et 14. primo assignat loco ignorantiam hominum in mundi pulchritudine contemplanda tanquam Polytheismi causam assignat, inquit enim: vani au-
tem sunt homines, in quibus non subest scientia Dei; et de his quae videntur bona, non potuerunt intelligere eum qui est, neque operibus attendentes, agnoverunt qui esset artifex: sed aut ignem, aut spiritum, aut citatum aerem, aut gyrum stellarum, aut nimiam aquam, aut solem, et lunam rectores orbis terrarum Deos putaverunt; sciant quanto his dominator eorum speciosior est. Altero autem cap. dicens Parentem ex filiorum morte dolorem Polytheismo ori-
ginem dedisse indicat, inquit enim: acerbo luctu dolens pater, cito sibi rapti fi-
lii fecit imaginem; et illum qui tunc quasi homo mortuus fuerat, nunc tanquam ~~Deum~~ Deum colere coepit, et constituit inter servos suos sacra, et sacrificia.

Responsio.

Aliam quoque originem Polytheismi recenset Tullius l. 2. de nat. Deor.

Le-

+ neque constans -it, neque in dies ... quo confirmata, ut ex historia Ecclesia-stica perspicimus

suscepit vita hominum, consuetudoque communis, ut beneficiis excel-
lentes viros in Cælum fama, ac voluntate tollerent. Hinc Hercules, hinc
Castor, hinc Pollux, hinc Æsculapius, hinc Liber . . . atque adeo in plerisq;
quæ civitatibus intelligi potest augendæ virtutis gratia, aut quo libentius Rei-
publicæ causa periculum adiret, optimus quisque ~~virorum~~ virorum fortium
memoriam honore Deorum immortalium consecratam esse. Sed
[?] atque Gentilium commodo Polytheismus receptus est; quis enim ne-
sciat singulis quibusque rebus singulare Numen præfuisse! Hinc et Mercu-
rii festa, et alia respondente natura Cælo consecrata fuere. Accedit quod com-
munis in Polytheismum + constat, quinimo crescente tempora, et litterarum cul-
tura excoluerit. Opponitur deinde quis hæc evidentissimis rationibus, cujus-
modi sunt illæ, quibus impugnatur; absurdam consuetudinem fuisse et
ut vel ex ipsis Deorum jurgiis constat, quas describit Ovidius inquiens sæpe pre-
mente Deo fert Deus alter opem Mulciber in Trojam, pro Troja stabat Apollo &c.
Præterea nec universalis fuit ejusmodi consensio; quo enim tempore magis
Polytheismus vigebat, non modo integra Judæorum natio Deum unum colebat,
sed et nonnulli insignes sapientiores etiam gentium Philosophi, et Poetæ Dei uni-
tatem agnoverunt, eamque Deorum turbam quibus omnibus repudiarunt ta-
men et Reipublicæ causa palam retinendum putarunt. Sed neque omnes
illi, quos Polytheistas vocamus, innumeram illam turbam, et amplius millium De-
orum turbam in animis suis habuerunt; sed pro beneficiorum varietate, quæ ab u-
no eodemque numine conferebantur, varia quoque erant nomina, quibus il-
lud idem compellabant, id quod luculenter testatur Seneca l. 4. de beneficiis c. 1.
Quoties voles, tibi licet aliter hunc auctorem rerum nostrarum compellare. Tot
appellationes ejus esse possunt, quot munera: hunc et Liberum Patrem, et
Herculem, et Mercurium nostri putant. Ex quibus omnibus vides, Polytheis-
mum

nam non modo in una natura communi illa ~~hominum promotioni~~ fun-
datam non esse, nec ullum praejudicium afferre communi illi hominum
promotioni, quam nemo enixius nostrorum unquam attendimus.

Inquiunt tamen, quod si pro unitate Dei constans idea, et universalis *Instantia.*
consensio fuisset; opus non fuisset ut primorum saeculorum Patres Gentiles
Polytheismi accusarent, eosque tot argumentis refellerent.

Verum non immerito primi Ecclesiae patres Polytheismi Gentiles accusarunt, *Responsio*
eosque magno argumentorum pondere confutarunt. Gentiles enim templa
et altaria Diis erexerant, iisque hostias et victimas obtulerant, festos itemque
honoresque dies in eorum honorem constituerant, unde ritu, et apparenti
actione a Polytheistis non differebant. Dei porro unitate demonstrata, ea-
que altius in Gentilium animis impressa, sperabant Patres eo facilius pos-
se ad [illegible] idololatriam detestandam gentiles adducere, et ad debitum u-
ni Numinis cultum eos revocare.

Deus intelligitur esse beatissimus: ergo multiplex. Consequentia prob. Nulli- *Objectio 13a.*
us boni sine consortio perfecta possessio jucunda est, inquit Seneca. Ergo Deus cum *73.*
perfectissimus, et omnibus sui communicativus, socios habere dicendus est.

Nego consequentiam. Ad illius prob. respondeo Senecae testimonium intelligi et *Responsio.*
accipi debere de entibus creatis, quae cum pluribus careant bonis, sibi
ipsis minime sufficiunt. Deus autem omnem formam in se perfectionem
complectitur, et beatus est non indiget bonis extra se, sed se met ipso perfectione fruens beati-
tudine, [illegible]

Oracula plura sive responsa prolata fuerunt a Diis, et idolis Gentilium *Objectio 14a.*
cum de rebus occultis, et futuris, et quidem posteriori eventu confirmata: *74.*
ergo plures Dii [illegible] hujusmodi sunt agnoscendi.

Difficultas haec in tractatu de Religione, ubi de miraculis agitur refelli- *Responsio.*

tu

lo solet. Ad tertium tamen paucis respondemus, plurimaque oracula ab Idolorum sa-
cerdotibus confecta fuisse, ut magnam sibi gloriam, auctoritatemque compararent.
Et certe novimus oracula illa non omnia, et in propatulo, sed in antris, et cryptis
nocturno etiam quandoque tempore prolata fuisse. Plura quidem Gentilitatis
oracula falsa fuisse ostendit Origenes contra Celsum, aliique. Cicero autem la-
pidissime Apollinis Oraculum illudens ait: Sed jam ad te venio, o sancte [illegible]
Apollo. Tuis enim oraculis Chrysippus totum volumen implevit partim fal-
sis, ut ego opinor, partim casu veris. Caetera porro oracula Idolorum non a
Diis veris, sed a Daemonibus, vix permittente Deo vero, reddita fuere, ut namque
homines ignaros, et simplices ad idolatriam, et superstitionem seducerent.
Haec tamen adeo ut plurimum obscura erant, implexa, et ambigua, ut
quomodocumque modo res caderet, Idolum divinasse affirmari posset. Id quidem
patet ab exemplo responsi illius ab Apolline Pyrrho dati: aio te Aeacida Roma-
nos vincere posse: in quo nemo est qui amphibologiam non videat. Sed ut sem-
per dixi, ubi de Religione agitur, fiunt haec, aliaeque ejusmodi difficultates
[illegible]

Objectio [illegible]
15

Argumt. pro unitate Dei a ratione depromptum Trinitatem etiam evertunt;
ergo nihil probant. Ant. prob. primo. Si enim ita arguitur: Deus est summe per-
fectus; ergo est unus: dici etiam poterit, persona divina est summe perfecta:
ergo est una. 2do Personae vel pariter potentes sunt, et liberae; vel non; ut
de pluribus Diis ~~[illegible]~~ dicitur: ~~[illegible]~~ similiter affirmes; ergo perinde De-
i, non sunt; si prima Deus condere, et destruere rem poterit, volente, et nolente
altera, sicque fiet ut res existant, et non existant: ergo argta q.

Responsio

Nego ant. Ad illius primam prob. respondeo, quod tres personae cum ~~[illegible]~~ sint u-
na substantia, unum ~~[illegible]~~ unum commune bonum: plures autem Dii cum
sint natura diversi, erunt summa bona quod repugnat: ut enim ait D. J

[illegible]

ne Bernardus: cum tres illae personae unam substantiam sint, et illa una substantia sit illa persona, quis numerum neget? nam vere tres sunt. Quis numerum tenent? nam vere unum sunt. Neque magis negat istud ratio; personae enim perinde potentes sunt, ac liberae, ad rationem naturae, quae quidem cum utrique indistincta est in omnibus, una et indistincta est earum quoque potentia, et libertas. Nunquam ergo eveniat, ut una condere, vel destruere possit, invita altera, quod evenire posset in Diis gentium, qui natura, potentia, proindeque et libertate secernuntur. Vides igitur arg.ta pro unitate Dei nullo modo Trinitatem evertere.

Opponunt denique in sacris litteris plurium Deorum mentionem fieri. Objectio 5ta. 26.
Et sane Exodi 7. Moyses dicitur Deus Pharaonis. Psalmo 81. habetur: Deus stetit in synagoga Deorum; et infra: ego dixi: Dii estis, et filii excelsi omnes. Prima ad Corinthios c. 8. sunt Dii multi, et Domini multi. ergo scriptura teste non unicus est Deus, sed plures.

Nego consequentiam et dico allata scripturae testimonia Polytheismi neququam favere. Responsio
De Moyse enim ait Dominus: constitui te Deum Pharaonis: ergo Deus dicitur non ob divinam naturam, sed ob deputatam, et acceptam in eum cognationem. Constat id etiam ex voce Elohim quae judiciariam potestatem exprimit. Hinc nonnulli vertunt: constitui te dominum Pharaonis. In objectis verbis Psalmi loci sermo est de judicibus, quos Deus appellat excelsi filios, atque etiam Deos, ob maximam illorum dignitatem et veram potestatem, qua tanquam unusquisque Deo vices gerunt, judicando. Et sane dicitur in Psalmo 81. habetur vox Elohim, et significatur Deum stetisse in congregatione judicum quos etiam Deus in judicationem vocaverat, ut ex sequentibus constat: in medio autem Deos dijudicat. Ad ultimum respondeo, Apostolum loqui ex sententia, et falsa opinione Ethnicorum, non ex propria: post enim objec-

cta

ea verba ita subjungit: nobis tamen Deus unus, Pater, ex quo omnia.

Scholion. Si quaeras quo tempore tot numina colere coeperint mortales, quaestio difficilis admodum, et obscura est. Sunt qui cum Torniello putant, idololatriam naturae simul fuisse cum Mundo; eamque ad tempora Enos referunt, quod de eo Genes. 4. v. ult. legatur: ipse coepit invocare nomen Domini; quod ipsi legi volunt, tunc coepit profanari nomen Domini; levissima nixi conjectura ex ambiguae significationis vocabulo Huchal, quod modo pro incipere, modo pro violari usurpatur. Plurique post diluvium genus hoc impietatis exortum fuisse arbitrantur, qui tamen ipsi inter se dividunt, dum sui auctoris nomen, quod nunquam proditum est, proferre laborant. Verosimilius est, Polytheismus, et idololatriam a Chami posteris ortam esse longe ante Moysen et constat fatentibus Divis Hieronymus, Augustinus, aliisque: tum quia longe ante Moysen sydera, et ignem gentes coluere in urbe Chaldaeorum quam cultum Abrahamum fugisse Hebraeorum traditio est, tum quia vetustissimus est cultus Regibus, et Reginis exhibitus ut docent Chaeremonius, Diodorus, aliique de Egyptiis, Isidem, et Osiridem Reges suos coluere, illam in luna, hunc vero in sole. Phoenices Kronon regem suum in sidere adoravere, quem latini Saturnum vocant. Illud vero eruditorum consensione constat, idololatriam a Chami posteris originem habuisse, qui in vastica Babiloniae turris simulacrum, vel templum erigere tentarunt ubi idolum statuerunt vero Deo oppositum, quod [illegible] post linguarum dispersione [illegible] inde vero a Chami filiis ad Egyptios, hinc ad Phoenices, tum ad Graecos, atque ad Romanos impietatem illam fluxisse.

Quae Manichaeorum hypothesis? Manichaeorum hypothesis est lepidissima illorum sententia, qua duo principia, bonum et malum, pari existentia, aetate, ac robore aequalia et-

par:

perpetuo inter se dimicantia constituerunt, quorum primum omnium in hoc mun- 77.
do bonorum, alterum malorum omnium causa est.

Opinionis hujus absurdae originem auditi a Zoroastro vetustissimo Persa- Scholion.
rum Doctore repetunt: ille enim primo docuisse putatur a supremo Deo Mithra,
sive Zarvan, qui ab humana intelligentia concipi nequeat, Deos inferiores duos,
et Oromasdem, et Arimanium genitos fuisse, quorum ille bonus cum hoc malo
perpetuum bellum gerat, unde hoc, quam in mundo experimur, bonorum, ac
malorum vicissitudo oritur. [illegible] fabulam hanc inde ortam suspicantur, quod
Arimanius ex septentrionali Occidentis parte cum magnis copiis in Persiam
transmiserit, ibique potentissimi Regis Oromasdis imperium invaserit, quocum
longo tempore, aequo plane Marte pugnavit. Nos id certe novimus, doctrinam
hanc progressu temporis per totum Orientem diffusam, atque ex Manichae-
is absurdissimis plane fabulis involutam fuisse, ut ex sancto Augustino con-
stat. Nos et hunc etiam errorem, qui unitati Dei opponitur, refellamus;
[illegible] 17.

Manichaeorum hypothesis, qui praeter principium summe bonum, Propositio 18a
alterum summe malum per se, et necessario existens, ac 78.
omnium malorum auctorem fingunt, impia, et
absurdissima est.

Prob. Ea hypothesis et impia et absurdissima est, qua posita vel unica bona,
vel unica mala, vel neutrum in mundo extaret: atqui admissa Manichaeo-
rum hypothesi res ita se haberet: ergo etc. Maj. certa est, experientia si-
quidem apud omnes constat in mundo bona esse admixta malis, et mala bonis.
Min. autem prob. Duo Manichaeorum principia vel aequalis sunt virtutis vel
inaequalis: sed si prius tunc neque bonum, neque malum erit in mundo: sin
vero posterius tunc vel unice bonum, vel unice malum erit: ergo etc. Min.
prob.

prob. quoad primam partem. Et quidem si duo illa principia virtute sint paria, neque bonum, neque malum erit in mundo, in [illegible] quippe hypothesi principium bonum totis viribus in bonum, et principium malum totis pariter viribus in malum inducendum nitentur: atqui vires aequales, et oppositae sese mutuo elidunt, et in aequilibrio remanent: ergo si duo illa principia sint potestate aequalia, neque bonum, neque malum erit in mundo.

Min. pars altera prob. si nempe virtute inaequalia sint, aut unicum bonum, aut unicum malum erit in mundo. Tunc enim vel principium boni vel principium mali praevalebit: si primum, tum unicum bonum erit in mundo, nullumque mali vestigium erit in mundo; si alterum, tunc unicum malum grassabitur, nullusque bono amplius locus erit; in hac hypothesi bona mixta malis, et mala mixta bonis non erunt, quod quotidianae experientiae contrarium sit; inde patet hypothesim hanc et impiam, et absurdissimam esse.

Confirmatur. Nomine Dei omnes summe beatum intelligunt omnes: sed duo Manichaeorum principia non essent summe beata ergo q. Min. inde patet, quod mutuas semper, aeternasque inimicitias exercerent, alterum enim mala; alterum bona quantum in se esset impedire niteretur, quia tamen hic bona, ille mala depellere posset, utriusque ipsorum vota evanescerent. proindeque utriusque felicitas perturbaretur, et quidem sine fine, aeterna, et immortalia [illegible]; [illegible] propter aeternam desperationem nihil [illegible] sperandum esset: quod quidem et impium, et absurdum esse quis non videat?

Objectio prima 79. Baylius recepta Manichaeorum causa [illegible] nomine opponit, et inquit, tamen posse duo illa principia foedus quoddam inivisse, atque in illud mutuo consensisse, ut unum in gratiam alterius aliquid de suo jure remitte-

[illegible]

Respondemus vero absurdissimum ejusmodi foedus esse, nec posse quidquam Responsio.
hypothesi hac magis absonum excogitari. Namque vel principium boni malo magis viribus valet, vel non; si primum, et tamen pactum istud ineunt, merito imbecillum omnino in opus rejicitur, quod in adversariorum sententiam cum idea boni principii pugnat, cum nullum ab eo malum permitti posse putent. Si non, si nempe a principio mali superatur; tum principium malum, quod ex essentia, ac natura sua ad mala dumtaxat committenda determinatur, contra naturam suam aget foedus hoc ineundo, atque ita permittendo, ut quaedam bona adsint, quae utpote vi superiore instructum facillime tollere posset. Statuto itaque hujusmodi foedere tam bonum principium causa mali, quam malum causa boni erit; proindeque bonum principium erit simul non bonum, malum non malum. Accedit quod juxta ridiculum illud pactum, principium boni plus de jure suo cederet in gratiam alterius; virtus enim rara est in terris, et vitium frequens. Quis autem concipiat principium summe bonum ita sui oblitum fuisse, ut sponte jus suum tanta ex parte abjecerit, et quidem in gratia principii summe mali, cui ex natura sua summa necessitate adversari debet.

Sed nec quidquam proficit Baylus paritate a duobus exercitibus ducum petita, et re- Re-
pta, quorum unus prostratus jam resurgit iterum, et instauratis viribus di- sponsio
micando victoriam adipiscitur. Istud quippe accidere non potest, cum utriusque partis vires immutabiles sint, quod quidem in absurda hac hypothesi obtineret. Certe enim quae sunt entia per se, et necessario existentia ponit, eorum quoque vires necessarias, et immutabiles ponat necesse est; ita mala causa semper pejus defenditur. Quomodo autem ab ipso bono prin-

ci-

cipio, eoque unico, salva sua bonitate, tot in hoc mundo mala permittan-
tur, nonnulla etiam instituantur, non multo post, ubi de bonitate Dei
agemus, uberius ostendetur.

Objectio 10ma. 80. Deus veteris testamenti auctor est malus est, inquiunt Manichaei: ergo auctor principium summe malum. Ant. probant ex c. 20. Ezechielis v. 25. ubi Deus de seipso dicit: Ego dedi eis praecepta non bona, et judicia, in quibus non vivent. Deinde saevus, et injustus est: Exodi enim 20. v. 5. ait: Ego sum Dominus Deus tuus ... visitans iniquitatem Patrum in filios in tertiam, et quartam generationem eorum, qui oderunt me: Ergo &.

Responsio. Nego ant. et respondeo ad primam imprimis, eundem esse veteris, et novi testamenti auctorem, ut ex innumeris scripturae locis manifeste colligitur. Deinde adjungo, quod praecepta illa non bona dicit Deus, non quod juri naturae adversentur, sed primo quod minime idonea erant ad eos sanctificandos, qui praecepta illa observabant, juxta illud Pauli ad Hebraeos c. 7. 19. nihil enim ad perfectum adduxit lex. Tum quod iisdem virtutem non conferrent ad expianda peccata, quae fecerant. Impossibile est enim, inquit Paulus, ibidem c. 10. v. 4. sanguine taurorum, et hircorum auferri peccata. Tum quod gratiam eis non conferrent ad vitanda peccata. Ita denique non bona dicuntur eorum facta comparatione cum legis novae praeceptis. Hinc apposite S. Gregorius Magnus moralium libro 28. melioribus novi testamenti praeceptis subsequentibus praecepta, quae veteribus data sunt non bona esse memorantur.

Ad alterum dico juxta Tertullianum, Augustinum, Hieronymum, et catechismum Romanum, Deum visitare iniquitatem Patrum in filios non absolute, sed in hypothesi solum, quod filii Patrum iniquitatem

imi-

imitantur, quod saepius contingit. Bonus autem est, si filius mandata Dei custodierit, dicente Ezechiele c. 18. v. 14. quod si genuerit filium, qui videns omnia peccata Patris sui, quae fecit, timuerit, et non fecerit similia eis .... hic non morietur in iniquitate Patris sui, sed vita vivet. Ex quibus satis colligitur, Deum injustum non esse, ut a Manichaeis asseritur, proinde Deum minime malum nequaquam auctorem.

Caput 7. [illegible]

De intellectu Dei, et attributis cum eo connexis.

Intellectus perfectissimus est omnium possibilium tum singularium, tum universalium distincta, ac simultanea repraesentatio. Hujus porro facultatis actus est omniscientia, per quam non solum omnia actu existentia perfectissime cognoscuntur, sed ipsa quoque possibilia, tempus item, et modus, quo possibilia fieri possunt, perspicue comprehenduntur. Quid intellectus perfectissimus? 81.

Deus perfectissimo intellectu praeditus est. Propositio 18 prima 82.

Prob. Intellectus perfectissimus est distincta eademque simultanea omnium possibilium repraesentatio; sed Deus ejusmodi repraesentatione praeditus est: ergo q. e. d. Min. prob. Deus complectitur in se omnem possibilem perfectionem absque ullo limite; sed ejusmodi repraesentatio maxima aliqua perfectio est, talis enim, omnia, vera, falsa, bona, et mala, et [illegible]: ergo Deus ejusmodi repraesentatione praeditus est. Accedit quod [illegible] reddidit se esse ens intelligens; cum igitur nequeat plus esse in effectu, quam sit in causa, inde sequitur Deum intelligentia pollere; sed quidquid est in Deo infinitum est: Deus igitur infinita intelligentia pollet.

Confirmatur ex admirabili universi hujus constitutione, ex qua luculenter apparet in ejusdem opifice Deo praestantissimam intelligendi vim inesse. Si enim, ut Cicero disputat, cum machinatione moveri aliquid vi-

de-

Demus, et sphaeram, et lucem, et alia permulta, non dubitamus, quin illa opera sint rationis; quemadmodum dubitabimus, quin impetum Caeli admirabili cum celeritate moveri, vestigia videamus, contemplemurque conficientem vicissitudines anniversarias cum summa salute, et conservatione rerum omnium, quin ea non solum ratione fiat sed etiam summo excellenti gradu, et divina ratione.

Corol. 1. Hinc sequitur primo, intellectum Divinum semper agere, si enim aliquando quiesceret, tempus daretur, quo Deus nec se ipsum, nec alia possibilia sibi repraesentaret, ac proinde quo nihil penitus cognosceret, quod cum infinita Dei perfectione repugnat. Certe intellectus divinus non est mera facultas physica, sed purissimus actus, cum actu intelligat, et intelligere exigat, quidquid intelligi potest. Deus proinde cumulatissimam rerum omnium scientiam habet, et sapientissimus est. Deus enim omnia quae sciri possunt perfectissime cognoscit: Deus igitur infinita scientia gaudet.

Corol. 2. Deus non meminit, non abstrahit, non ratiocinatur: haec enim omnia eam idearum successionem, et limitationem involvunt, in Deo locum habere non possunt, in quo est distincta, et simultanea rerum, et veritatum omnium repraesentatio. Is enim ille meminit qui ideam, quam aliquando mente conceperat, instaurat; ille abstrahit, qui unum aliquod alterius considerat absque adiuncto, quod simul percipit; ille denique ratiocinatur, qui unum ex altero colligit, et ex duarum idearum ad tertiam comparatione mutuam eamdem habitudinem esse; haec autem omnia a Deo absunt, qui unica intuitione cuncta simul comprehendit, et videt. Sed neque sentit Deus: sensus enim pulsiones in organa sensuum impressas requirit: cum ergo Deus omni membrorum concretione destituatur, patere est sensui

intrinseca illa non esse, tendamus [illegible] necessaria videamus.

Tametsi ratione, phantasia, memoria, aliisque mentis humanae facultates, Scholion 1.
quia limitibus circumscriptae, locum in natura Divina habere nequeant pro-
prie, nihilominus nullae tamen, et ejus in ea continentur; distinctissima e-
nim illa, et simultanea rerum omnium repraesentatio omnes humanas cognoscen-
di modos aliquo altius terminis complectitur.

Expositis jam breviter iis, quae de intellectu Divino agi solent; dicendum Scholion 2.
nunc est de Divini intellectus objecto, sive de rebus iis circa quas Divina scien-
tia versatur. Duplex autem generatim cognitionis hujus objectum distingui
potest: Principuum, et secundarium. Principuum est ipsemet Deus quantus
est: secundarium vero res creatae, et quae circa eas sunt sive praeterita, sive
praesentia, sive futura. De singulis pauca constituenda sunt.

Deus perfectissime cognoscit creaturas omnes, sive possibiles, Propositio 19a.
sive pro quavis differentia temporis existentes; omnia, 83.
item secreta cordis; omniaque mala, seu poenae,
seu culpae.

Probatur et quidem ratione, quam patres adhibuerunt etiam fratres; si
quid nihilominus eorum, quae proposuimus, Deum lateret, omniscius non
esset; quemadmodum omnipotens dici nequit, si quid est, ad quod ejus omni-
potentia non porrigatur: id autem pugnat cum absolutissima entis neces-
sarii perfectione: nihil igitur eorum, quae proposuimus, Deum latet. Acce-
dit quod homo omnium creaturarum maximam cum Deo attributis necessitu-
dinem, et cognitionem habeant; Deo igitur ejusmodi scientia tribui debet,
ne perfectissima illius natura labefactetur. Sic jam pluribus scripturis testi-
moniis haec propositio confirmari potest. Et vero de possibilibus testatur Eccle-
siasticus c. 23. his verbis: Domino Deo antequam crearentur omnia sunt a-
gni-

gnitu. Et Apostolus ad Romanos c. 4. vocat ea, quae non sunt, tan-
quam ea quae sunt. Quod spectat ad creaturas quocumque tem-
pore existentes Apostolus ad Hebraeos in haec habet c. 4. 13. non est ul-
la creatura invisibilis in conspectu ejus. Omnia autem nuda, et a-
perta sunt oculis ejus. Cogitationes autem humanas, et secreta
cordium Dei scientiam non effugere testatur Psalmista cum dicit:
Scrutans corda, et renes Deus; Psal. 7. et Psal. 43. novit abscondita
cordis. Malorum denique quorumvis, et male agentium, quamprimum
Deum cognitionem habere, testatur et Job c. 11. v. 11. Ipse novit homi-
num vanitatem, et videns iniquitatem, nonne considerat? Et Amos
c. 3. dixit malum in civitate, quod non fecerit Dominus. Ex quibus a-
pertissime apparet, nihil omnino esse, quod Dei perfectissimam scien-
tiam lateat; quare merito concludit S. Augustinus: in immensa Dei sapientia
ac magnos thesauros rerum intelligibilium.

Scholion. Quamvis perfectissima Dei scientia ad omnia pertineat sive possi-
bilia, sive existentia, sive praeterita sive futura, juxta illud Esthe-
ris 14: Domine, qui habes omnium scientiam; et illud Psalmistae 138 Ecce
Domine tu cognovisti omnia novissima, et antiqua; nihilominus tamen
vi, et doctorum pars maxima explorat, quomodo actiones hominum
liberae futurae cognoscantur. Cum enim nihil habeant antecedens, quomodo Deus vide-
rit, quae causam non possint; inde aut certo futuras, vel non futuras ex
propriis non posse concludi, sed semper in ancipiti remanere, donec vo-
luntas humana eas determinaverit. Deus igitur infallibiliter, ut ul-
terius statuimus.

20. Propositio tertia. Deus omnia, quae futura sunt, liberorum etiam creaturarum
84. actus ab aeterno praescivit.

Prob.

Prob. Deus est omnino immutabilis, ut supra ostendimus; atqui talis non esset, si non omnia, quae futura sunt, liberas etiam creaturarum actiones cognovisset ab aeterno, sed disceret quando fiunt: ergo etc. Min. prob. Ille immutabilis non est, qui novas singulis instantibus cognitiones acquirit: sed nisi Deus omnia futura etiam libera ab aeterno praesciret, novas singulis momentis cognitiones acquireret: ergo etc. Min. certa est: singulis quippe instantibus novae quaedam actiones liberae existere incipiunt. Accedit quod Deus ea omnia ab aeterno praescivit, quae ab ejus voluntate, et omnipotentia pendent: ab ea autem futura libera pendent, cum Deus non tantum res corporeas, sed mentes etiam creatas moderetur, et regat. Hinc merito S. Augustinus l. 5. de Civ. Dei c. 9. Confiteri esse Deum, inquit, et negare praescium futurorum, apertissima insania est. Et l. 9. de Trinit. n. 61. proprium Dei quid aliud quam cognitio futurorum est? Quinimo Deus ipse apud Isaiam c. 41. v. 23. annunciate, inquit, quae ventura sunt in futurum, et sciemus, quia Dii estis vos. Unde apposite Tertullianus l. 1. contra Marcionem: Praescientia Dei tantos habet testes, quantos fecit Prophetas.

Quidquid a Deo praevidetur necessarium est: ergo Deus futura libera praevidere non potest. Ant. prob. Quod non potest non evenire necessarium est: sed res a Deo praevisae non possunt non evenire: ergo etc. Maj. *Objectio prima.*
Min prob. Si res a Deo praevisae possent non evenire, Dei praescientia falli posset: sed Dei praescientia falli non potest: ergo etc. 85.

Nego ant. Ad illius prob. distinguo min. res a Deo praevisae non possunt non evenire, necessitate hypothetica tantum, et consequentiae, posita scilicet determinatione causae liberae, con. min. non possunt non evenire necessitate absoluta, et antecedente nego min. et conseq.[ntia] *Responsio.*

altera

ulteriorem prob. nego maj. et respondeo praescientiam Divinam praescientiam rebus futuris nullam necessitatem imponere, spectatam enim, ut nuda rerum cognitio, et a divino decreto segregata eas dumtaxat supponit; non enim ut habet Divus Hieronymus, ideo ex eo quod Deus scit aliquid, idcirco futurum est; sed quia futurum est, Deus novit. Praescientia siquidem Divina rerum a divino decreto praecisa, ad res futuras se habet, ut aspectus visio mea ad hominem ambulantem; sicut porro visio mea nullam homini illi ambulandi necessitatem imponit, sed eum dumtaxat ambulantem supponit; ita de praescientia Divina censendum est.

Id quidem necessarium est, quod omnino non evenire non potest; res a Deo praevisae licet certissime eveniant, possunt tamen non evenire: ad hoc enim satis est, si agens ab actu praeviso abstinendi facultatem habeat; eam vero quidem facultatem habere vel inde patet, quod non est ut habet [illegible] praescientia causa ejus, quod futurum est; sed id quod futurum est, est causa praescientiae: siquidem praescientiam consequitur futurum, sed futurum consequitur praescientia. Quare ergo Deus actum liberum praescivit, necessario eventurum, non ex necessitate consequente liberam voluntatis determinationem; quod enim est, necesse est esse, quando est, ut habet Augustinus; non autem necessitate antecedente; neque ergo [illegible] futura, futura quia praesciuntur a Deo; sed potius ideo praesciuntur, quia futura sunt.

Neque dicas Divinam praescientiam falli posse, si res praevisae possunt non evenire; tunc enim solum falli potest praescientia Divina, cum objecto suo conformis esse desinit; jam vero licet res a Deo praevisae possint non evenire, praescientia tamen Divina semper objecto suo con-

conformis est; cum illius obiectum sit actus ita futurus, ut possit non evenire; Deus quippe praevisum actum omittendi facultatem liberae voluntatis comprehendere cognovit.

Si actus a Deo praevisi non evenirent, Dei praescientia falleretur, vi- pro. ergo similiter si actus praevisi possunt non evenire, Dei praescientia falli potest. *Instantia.*

Nego consequentiam et paritatem. Ratio autem est, quia si actus a Deo praevisi tempore futuri non evenirent, tunc Dei praescientia cum obiecto suo non congrueret, licet vero actus a Deo praevisi possint non evenire, praescientia tamen divina obiecto suo conformis est; cum obiectum il- lud nihil aliud sit, quam actus ita futurus, ut possit tamen non evenire. *Responsio*

Quod non potest certo ac determinate cognosci, quod determinatam non habet ~~[illegible]~~ veritatem: sed ejusmodi sunt actus contingentes futuri ergo; Neque enim determinati sunt in se quia non sunt; nec etiam in causis suis, quia hae cum liberae sint, possunt agere, vel non agere. Ne- que scientia imperfecta dici poterit scientia divina, quod haec non co- gnoscat, sicuti enim imperfecta dici non potest potentia, quod ea non ~~potest~~ possit, quae in se possibilia non sunt, ita imperfecta di- ci non poterit scientia, quod ea non cognoscat, quae in se cognosci non possunt [illegible] *Obiectio 2da.* *86.*

Distinguo min. Actus contingentes futuri non habent veritatem, sicut futuri sunt spectantur, con. min. si spectentur, ut praesentes, nego min. et consequentiam. Distinctio est Divi Thomae, cuius in ejusmodi arg.to abdi- ita. Deo subsunt a tota aeternitate praesentes sunt actus etiam illi, qui in se spectati futuri sunt. Unde patet Divinam scientiam ea, quae futura sunt, et impossibilia: haec enim absolute ejusmodi co- *Responsio.*

ny:

supponimus, proindeque nulla ratione divinae potentiae obiectum esse possunt; illa e contrario cum Deo ab aeternitate semper praesentia sint, nihil obstat quominus cognosci possint a Deo.

Objectio tertia. 87.

.. Praescientia tollit libertatem: ergo rejicienda. Ant. prob. Actus praesciti non sunt liberi quando fiunt: ergo q. Ant. prob. illud non est liberum cum producitur, quod cum alia re antecedente indissolubilem connexionem habet: sed actus praesciti indissolubilem connexionem habent cum alia re antecedente, cum divina scilicet praescientia: ergo q.

Responsio.

Nego ant. Ad illius prob. nego iterum ant. Ad ult. ~~probationem~~ prob. Distinguo maj. illud non est liberum cum producitur, quod indissolubilem connexionem habet cum alia re ant. et quae non supponit liberam voluntatis determinationem, con. maj. si liberam supponit voluntatis determinationem, nego maj. et sic distincta min. nego conseq.tam Et respondeo actus praescitos nullo modo libertatem tollere quia iidem sint, ac si minime praesciti essent. Supposito enim, si fieri posset, Dei praescientia, eodem prorsus modo evenirent, quo Deo praesciente evenirent, cum in ipsos nullo modo Dei praescientia influat. Praeterea quandam est, ex intuitu, quod fiunt individua cum ant. praescientia colligatos esse: sed haec praescientia liberam voluntatis determinationem supponit: cum ideo Deus futuros hominum actus praevideat, quia ex libera voluntatis electione sunt aliquando fi futuri.

Instantia, et responsio.

Neque dicas praescientiam divinam voluntatis humanae determinationem antecedere, proindeque illam supponere non posse. Licet enim praesentem determinationem praecedat, futuram certe non praecedit; Dei scilicet praescientia cum aeterna sit determinatio.

tionem humanam in tempore futuram, ideo praesentem praescit ipsam; et futuram quae ab aeterno nondum erat praevidere non potest. Quinimo juxta nostrum concipiendi modum futura voluntatis determinatio praescientiam ipsam praecedit, cum prius futura, quam praevisa concipiantur; non enim ut supra laudatus Divus Hieronymus inquit, non ex eo quod Deus scit aliquid, ideo futurum est; sed quia futurum est, ideo Deus novit.

Dei praescientiam iis, quae ad salutem aeternam pertinent industriam Rivetus apte. extinguit, socordiam, et ignaviam ingenerat, vel enim homines in temerariam praesumptionem vel in desperationem conjicit: ergo rejicienda est. Et sane Dei praescientia admissa, unusquisque ratiocinari potest. Vel Deus praevidit me salvum futurum esse, vel non; si prius sive bene, sive pessime agam, certissime salvus ero, tametsi quaevis atrocissimis [illegible] indulgeam, si vero me damnandum praevidit, quidquid boni fecerim, certo peribo; sed si res ita se habet Dei praescientia industriam extinguit, et ignaviam ingenerat: ergo etc. 88.

Nego ant. et respondeo Dei praescientiam humanam sollicitudinem nequaquam avertere, neque in praesumptionem aut desperationem conjicere. Non enim Deus sufficienti decreto praevidet, sic eventus, aliam varias causas pendent, et existunt juxta illas praevisas causas, ex quibus salus hominum pendet, numerantur etiam labor, sollicitudo, bona opera, sine quibus salus, nec obtineri, nec a Deo praevideri potest. Labor igitur, et industria adhibenda est, ut ea quae necesse non fiunt, nec praevidentur, his adhibitis, et fiant, et praevideantur. Sed audiamus hac de re Augustinum, qui l. 5. de civitate Dei c. 9. haec habet, et ipsae quippe nostrae voluntates, inquit, in causarum ordine sunt, qui certus est Deo, ejusque praescientia continetur. Responsio.

quo-

gratiam et humanas voluntates humanorum operum causas esse. Atque ita, qui rerum causas praescivit, profecto in his causis etiam voluntates nostras ignorare non potest, quas nostrorum operum causas esse praescivit. Hinc apparet propositionem Tilemanni perabsurdam esse plurima; proindeque non gratiae, et cupiditatibus indulgere, neque velut praesumptionem, vel in desperationem conjicere debemus, sed bonis operibus sollicite intenti esse debemus: uti vel a beati Petri monito standum est: Satagite ut per bona opera certam vestram vocationem, et electionem faciatis. 2. ep. c. 1. v. 10.

Sed qui adducti Tilemanni veritatem clarius adhuc detegere vult, illud ad res temporales transferat, quae pariter ad Dei praescientiam pertinent; quarum proinde eorundem omnis objicienda esset, si illud sophisma concluderet; et tamen aliter esse genere homines experientia testatur. Quis enim est vel aegrotus medicum non vocat, et ingratas potiones haurit; vel fame laborans non manducat; vel doctrinam quamvis, studendum sibi esse non intelligit? et tamen si vellet, sic ratiocinari potest. Vel Deus praevidit, me post menses ex. gr. moriturum esse, vel non: si praevidit, sive medicum vocem, et medicinas accipiam, sive non, sive manducem, sive non manducem; certissime moriar: si vero non praevidit, quodquid agam, certissime vivus ero item: vel Deus praevidit me fore doctum, vel non: si prius, etiam sine labore, et studio certissime doctus ero; si posterius; omne studium, omnisque labor inutilis prorsus erit [illegible]

Accedit tandem et illud, quod si quae in ejusmodi argumentatione vis esset: Diabolus etiam illam agnovisset: si agnovisset autem, quomodo perpetuo circuit quaerens quem devoret? Vel enim Deus prae-

vi:

vidit, salvandum eum quem Diabolus tentat, vel non: si praevidit, quidquid enim agat Diabolus, frustra sunt omnia, certissime salvus erit: si non praevidit, sicut illum Diabolus non tentet, quanta non proderit. Nunquid Deus a tentationibus abstinet Diabolus? Agnoscit ergo illatum Dilemma vanissimum esse. [illegible]

Si quis quaerat, unde factum sit ut nonnulli ex Patribus Dei praescientiam inficiari visi sint; advertat tenendum quod nonnulli dicunt praescientiam negasse, quod eam minime acceperunt: illam vero praescientiam nominari noluerunt, quod ea omnia praesentissima sint, nec quidquam futurum. Quid autem est praescientia, inquit Aug.[us] nisi scientia futurorum? Quid autem futurum est Deo qui omnia supergreditur tempora? Si enim in scientia sua ipsa habet, non sunt ei futura, sed praesentia; ac per hoc non jam praescientia, sed scientia dici potest. Scholion.

Quamvis Dei scientia ratione sui unica, et simplicissima est, nostro tamen concipiendi modo, et pro diversitate objectorum, quae attingit, multipliciter distinguitur. Scientia nimirum, qua Deus se ipsum cognoscit, et mere possibilia, quae nunquam extitura sunt, dicitur scientia simplicis intelligentiae, seu scientia necessaria; quatenus res ejusmodi ad intelligentiam pertinent. Scientia, qua Deus cognoscit res, quae vel fuerunt, vel quae nunc existunt, vel quae futurae sunt; scientia libera, vel scientia visionis dicitur; quia per eam Deus contemplatur res existentes, et quasi oculis subjectas. Scientia denique illa, qua Deus cognoscit ea, quae sub conditione quadam nunquam ponenda, extitura dicuntur, quae nimirum ob aliquam conditionem pendent, qualis est futura Tyriorum, et Sydoniorum conversio, si apud eos facta fuissent miracula, quae Christus apud Judaeos fecerat, scientia media a Mol-

li-

Quae Divinae scientiae divisio? 49.

liae, vocabulis appellatur. Hanc tamen scientiam mediam acriter rejiciunt non pauci, dum contendentes praeter scientiam simplicis intelligentiae et scientiam visionis, nullam aliam esse admittendam. Vel enim, inquiunt, quae sub conditione quadam futura dicuntur, in aliqua temporis differentia existent, vel non; si primum ad scientiam visionis pertinent; si alterum ad scientiam simplicis intelligentiae revocari debent.

Quid divinae scientiae medium? Scientiae divinae medium illud dici solet, in quo Deus ea videt, quae cognoscit: medium hoc exhibet prius cognitum in alterius cognitionem du-

90. cit. Ut cum in speculo imaginem nostram intuemur, speculum est visionis nostrae medium.

Scholion. Deum res ipsas in seipso cognoscere omnes quidem fatentur; in quo enim alio essentiam suam, eaque infinitas perfectiones intuebitur? Conveniunt etiam Deum res extra existentes in seipso videre; idque aperte Divus Thomas testatur cum inquit: quod est contra seipsum, non intuetur nisi in seipso. Quod spectat ad res possibiles eas etiam in seipso Deum videre, omnes admittunt. Et enim Deus, inquit Aug.us vidit omnia quae fecit; et sicut vidit ea, ita fecit non praeter seipsum videns, sed in seipso; sed res antequam fierent erant dumtaxat possibiles: in seipso igitur vidit res possibiles. Quod si res possibiles aliam variam earum possibilitatem spectemus, varia eisdem cognoscendi media assignari poterunt. Et quidem res esse possibiles possibilitate externa, cognoscit Deus in sua omnipotentia, quae sola ad veram causam, eas extrinsecus producit possint. Res vero possibiles esse possibilitate interna, videt Deus in perfectionum illa concordia, quam essentiales rerum omnium possibilium notae habent in natura divina, quam quidem cuncta rerum earum, et concursio accuratissima continetur. Sed quaestio ma-

ma

nihil potissimum circa medium, in quo Deus futura libera cognoscit, perspiciat, quia de eo cum Philosophi, et Theologi maxime dissentiant, paucis omnium sententias exponemus.

Thomistae enim decreti praemotionem physicam, qua nempe Deus causas secundas creatas ad agendum inclinat, applicat, ac ultimo determinat, cujuslibet tam circa medium actionis efficacissimam causam esse, hanc eandem praemotionem, vel potius in quo Deus futuras ejusdem concedendo decretum tanquam medium assignant, in quo Deus libera videt ac nos omnes quaedam nempe actiones futuras certissime cognoscat. 91.

Alii cum Leibnitio, et Wolfio, et Ravallo ad principium rationis sufficientis confugientes docent, in ipsa appetitus directione ad hoc potius quam ad illud hanc semper necessariam legem, ut voluntas ad id se dirigat, quod majorem habet rationem, nec ad illud se convertat. Quare cum Deus minimas etiam dearum rationum, quae menti ad alterutrum eligendum proponuntur, differentias perfectissime noscat, facile ~~concludunt~~ concludunt, futuras voluntatis determinationes a Deo in ejusmodi lege certissime perspici [illegible]

Cum vero invariabilis ejusmodi lex humanam libertatem tollere videatur nonnulli, hanc causam in Deo futurorum cognitionem demandare esse volunt ex vi contradictionis, quae in duabus propositionibus de futuro contingenti reperitur, ea quippe hoc casu Petrus disputabit, casu Petrus non disputabit quarum nempe unam alteram determinate veram, alteram determinate falsam esse debeat. Hanc porro sententiam illi omnes amplectuntur, qui Molinae placitis adhaerent. (Petrus etiam Augustinianus)

Defensores veritatis objectivae hanc tamen amplificantes idem sententiam etiam quod spectat ad futura conditionata; docent nimirum eos videri in veritate objectiva, quam futura illa conditionata antecedenter, et independen-

ter

tas ab omni Decreto habere dicunt. Qui vero veritates has a Divinis Decretis pendere contendunt, eas a Deo videri docent in Decretis subjective absolutis, objective conditionatis, quale est exemplum illud Volo per voluntatem absolutam populos Tyri, et Sidonis, converti, si in iis urbibus Christi miracula fierent, quae facta sunt apud Corozaitas, et Bethsaiditas, quae tamen ibi fieri nolo. Quod quidem decretum dicitur subjective absolutum, quia Deus absolute quantum in se est Tyriorum, et Sidoniorum, resipiscentiam decrevit; dicitur objective conditionatum, quia conditio ex parte objecti includitur, quae tamen videtur non ponenda, nec miraculis factis.

Nobis alterum sententiam commemorasse sat est. At si quis quaerat, quibus in signis id genus futura cognoscat Deus, respondebimus cum Sancto Aug.^o illa de hoc a me frustra expectabis, ut explicem vobis quomodo cognoscat Deus. Hoc solum dico non sic cognoscit ut homo; non sic cognoscit ut Angeli. Et quomodo cognoscit dicere non audeo, quoniam et scire non ~~possum~~ possum.

[illegible] Caput 8. [illegible]

De Voluntate Divina, et attributis quae Deo cum ea conveniunt

Quid voluntas? Voluntas generatim accepta est facultas appetendi, vel aversandi

q. 2. 5 objecta prout ab intellectu proposita sunt tanquam bona, vel mala: ideo communiter definitur potentia activa libera, qua amatur bonum, et malum aversatur, prout ab intellectu propositum est. Et dicitur ab eodem appetitus rationalis. Porro quae creatae voluntatis est ratio, eadem a defectibus imperfectionibus est et divinae. Voluntatis actus sunt volitio, et nolitio. Volitio est ipsa voluntatis determinatio ad eligendum bonum quod appetit. Nolitio est voluntatis determinatio ad fugiendum malum, quod aversatur. His praemissis statuimus prio-

ro.

Deus perfectissima gaudet Voluntate. — Propositio 21. prima.

Prob. Deus, ut alibi probatum est, complectitur in se omnes perfe- 93.
ctiones eisque illo unita, sed perfectissima voluntate gaudere vera
est perfectio ut cuique patet: ergo &c. Accedit quod Deus cum perfectio-
nes omnes contineat, felicissimus etiam, et beatissimus sit oportet; jam
vero felicitas et beatitudo sine delectatione haberi non potest; nec dele-
ctatio sine voluntate haberi nequit, cum delectatio in complacentia qua-
dam voluntatis consistat. felicitas ergo et beatitudo absque delectatione
haberi nequit, proindeque nec sine voluntate: Deus igitur Deum deni-
que voluntate gaudere ex ipsa mundi hujus creatione colligitur; cum e-
nim praeter mundum hunc innumeri alii possibiles sint, certe et hic
prae aliis creandus electione quadam quae fuit: sed electio ad voluntatem
pertinet: Deus ergo voluntatem habeat necesse est.

Cum Dei voluntas perfectissima sit, inde sequitur, eam pro aeter- Corol.
nae bonitatis mensura in bonum ferri, semperque esse in volendo con-
sentaneam esse, ut nunquam velit, quod aliquando eligi, repudia-
ri possit.

Voluntas a Philosophis cum Aristotele, et Divo Thoma passim de- Objectio prima
finitur appetitus rationalis, appetitus autem cum sit rei non habitae 94.
imperfectionem denotat, quae in Deum cadere non potest: ergo voluntas
non est in Deo.

Distinguo maj. Voluntas definitur appetitus rationalis, ita ut per ap- Responsio
petitum intelligatur etiam amor et fruitio boni, quod possidetur con.
maj. ut per appetitum intelligatur dumtaxat desiderium rei non habi-
tae, nego maj. et distin. min. nego conseq. Sicut ergo voluntas in no-
bis pertinet ad vim appetitivam, et ajunt, et appetitus in nobis plane

quà

que sit res non habeat, id tamen de essentia voluntatis non est, ad quam pertinet non tam appetere quod non habet, quam frui eo quod habet.

Objectio 1ma 95. Actus voluntatis est tendere in finem, qui est ejus objectum: verum quae est finis ultimus non competit tendere in finem. ergo cum Deus sit omnium finis, voluntas illi tribui non potest.

Responsio. Con. maj. Distinguo min. Non competit tendere in finem [illegible], ut a se diversum con. min. absolute non competit tendere in finem, nego min. et consequentiam. licet finis divinae voluntatis [illegible] a Deo ipso diversus, quamvis tamen Deus est finis omnium, quae ab eo fiunt, potest ergo voluntas divina tendere in ipsum Deum eumque tum amare ipsum amando, eoque delectari, quod solum voluntati necessarium competit, et divinae maxime proprium est.

22. Propositio 1ma 96. Voluntas divina adhuc consilii immutabilis probatur est.

Prob. Illa voluntas consilii immutabilis probatur est, quae omnia sua decreta ab aeterno habuit, eaque quae posita variandum nequit, atqui talis est voluntas divina: ergo q. Min. prob. quoad primam partem, et primo quidem voluntas divina ab aeterno sua habuit decreta, alioquin Deo aliqua mentis suspensio admitti posset: sed id repugnat. ergo q. Min. prob. Qualibet mentis suspensio vel ex ignorantia, vel ex impotentia voluntatis, vel denique ex levitate suam ducit originem; sed nihil horum in Deo admitti potest, cum sit summe intelligens, summe potens, et summe sapiens; nulla igitur suspensio mentis admitti potest in Deo, proindeque ab aeterno sua habuit decreta.

Min. prob. quoad alteram partem voluntatem scilicet Dei sua decreta semel posita revocare amplius non posse. Et vero

cum

cum Deus sit sapientissimus, ut decreta semel posita revocaret nova qua
de re forte prius incognita occurrere illi deberet, uti ne ageret: sed enti
sapientissimo nihil novum, et improvisum, quod prius non noverit, occurrere
potest: ergo &c.

Deus in creatione Mundi mutatus est: ergo &c. Ant. prob. 6. Quid de Objecto, qui a
non creante fit creans mutatur: sed Deus in creatione mundi de non 97.
creante factus est creans: ergo &c.

Distinguo ant. Deus in creatione mutatus est extrinsece, et relative Responsio
conc. ant. intrinsece, et absolute, nego ant. Ad illius prob. distinguo maj.
Qui de non creante fit creans per novam voluntatem mutatur, conc. per
voluntatem ab aeterno constantem, nego maj. et sic distin. min. nego consequentiam.
Cum Deus mundum condidit, res coeptae intrinsece quidem, et absolute mu-
tatae sunt, cum e statu possibilitatis ad actualitatis statum traductae fuerint,
ipse vero Deus extrinsece solum, et relative; quam quidem extrinsecam, et re-
lativam mutationem absque interna, et absoluta existere posse perspicuum
est. Qui enim mundum non nova, sed aeterna voluntate procreat, is nullam
intrinsecam suspectus mutationem, sed novam denotat, extrinsecamque acqui-
rit titulum scilicet creatoris; Deum porro non nova, sed aeterna volun-
tate mundum condidisse, patet ex eo, quod cum sit summe intelligens
summe potens, et sapiens, nulla illi nova ratio occurrere potest, cur id
velit, ~~[illegible]~~ quod antea nolebat. Hinc merito Divus Augustinus: ad o-
pus novum, non novum, sed sempiternum adhibet consilium.

Tunc Deus factus est creator, quando res creata existere coepit: ergo Instantia.
&c. Ant. prob. Ubi nihil est creatum, ibi nullus est creator: ergo Deus &c.

Nego ant. Ad illius prob. nego iterum ant. et respondeo tunc Deum Responsio
factum esse creantem, quando mundi efficiendi decretum posuit.

actio

ratio [illegible], quia mundus quodam fuit, quam est [illegible], quo Deus non Deum existere debuit: sed Deus ab aeterno decretum illud posuit: ergo [illegible] [illegible] creatura existere potuit, licet nihil sit creatum, illa enim est creatio, in qua consistit actio, per quam creatura vel existit, vel existitura est; jam vero ubi nihil est creatum, et tamen actio creatrix, seu decretum aliquid producendi existere potuit potest.

Objectio ulta. 94. Illa mutatio, quam facti sui poenitet: sed Deum facti sui vere poenituit: ergo [illegible] Minor constat ex illo Gen. 6. Poenituit Deum quod hominem fecisset. Accedit quod tristitia, odium, ira, aliaque ejusmodi affectiones sine interna animi mutatione non habeantur, sed affectiones istae in scriptura Deo passim tribuuntur. ergo.

Responsio. Distinguo maj. Illa mutatio, quam facti sui poenituit proprie, conc. improprie, et metaphorice, nego maj. et sic distincta min. nego conseq. Ad id quod additur eadem distinctione accommodari potest, quippe omnia Scripturae loca, in quibus poenitentia, tristitia, dolor, aliique affectus humani Deo tribui videntur, non proprie, sed metaphorice tantum intelligi debent. sicut cum oculi, manus, aliaque ejusmodi membra humana Deo tribuuntur. Scriptura enim ad hominum morem, et captum sese accommodat, hinc cum Deus genus humanum diluvii fluctibus obruere ita se gessit, ac si vera poenitentia ductus fuisset, Scriptura illum poenituisse asserit, quod hominem fecisset. Hinc Samuel 1. Reg. 15. 29. Neque enim Deus homo est, ut agat poenitentiam.

Instantia. Illum vere, et proprie poenitet, qui proprie decreta revocat: atqui Deus proprie decreta ~~[illegible] [illegible]~~ saepe revocavit: ergo. Min. patet ex eo, quod postquam Deus Ezechiae mortem 4. Reg. c. 20. Deus Ninivitarum eversionem Jon. 3. decreverat; haec omnia postea revocavit;

cum

cum nec Ezechias mortuus, nec Ninive unquam subversa fuerit.

Nego min. Deus enim nec Ezechiæ mortem, nec Ninivitarum subversionem statuerat, quinimo tum Ezechiæ, tum Ninivitis ignoscere ab æterno constituerat, cum ab æterno prævidisset, et Ezechiam orationem ab eo animo postulaturum, et Ninivitas in cilicio, et cinere pœnitentiam acturos. Quare nec Ezechiæ mortem propinquam, nec Ninivitis Urbis subversionem Deus absolute pronunciaverit; sed sub conditione, si nempe vel causæ causarum naturalium, quæ mortem Ezechiæ exigebant, non mutarentur, vel Ninivitæ pœnitentiam non agerent. Mutatus porro fuit causarum naturalium ordo, et Ninivitæ jejuniis, gemitibus, et lacrymis pœnitentiam egerunt: mutatio igitur non in Deo, sed in creaturis contigit. [illegible] Responsio.

Si Dei voluntas immutabilis esset, frustra Deo preces, et vota funderemus; si enim ea quæ petimus nobis elargiri decrevit, nobis etiam non precantibus conferret: sin autem secus, ne orantibus quidem largietur. hoc est absurdum ergo et Objectio 3tia. 99.

Nego maj. Quamvis enim voluntas Dei immutabilis sit, non ideo nequidquam preces nostras superfluæ sunt. Decrevit enim ab omni æternitate Deus firmissime constituit, quædam nobis impertiri, quædam vero denegare, id tamen fecit adjecta conditione, si nimirum preces funderemus, aut si has negligeremus: non ergo frustra vota facimus, non frustra Deum supplicationibus fatigamus. Responsio.

Quamvis voluntatis Divinæ actus unicus sit cum Deus unico, ac quidem simplicissimo actu quidquid vult a tota æternitate voluerit; actus tamen ille, quo Deus in se tendit, ... est bonum infinitum diligit necessario; ille vero quo res ab ipso distinctas vo-lt; Scholion

regit externis Deo volet. Porro in actibus internis, Deum scilicet agit intra se, v. gr. Deum se ipsum amat, Deum liberum non esse, certum est, cum Deus se ipsum non diligere non possit. Disputatur potius, num Deus liber sit in actibus externis, quando scilicet agit extra se, mundum v. gr. procreando. Hac itaque de re statuimus

[illegible]

Propositio 23. sta. 100. Voluntas Dei in actibus externis perfectissime libera est.

Prob. Deus nulla necessitate ad res extra se volendas impellitur: ergo voluntas Dei in actibus externis perfectissime libera est. Ant. prob. Si Deus necessitate quadam ad res extra se volendas impelleretur, ea necessitas, vel ex ipsa illius natura, vel a re ab ipso distincta promanaret: sed neutrum dici potest. ergo etc. Maior prob. Non primum; cum enim Deus in se beatissimus sit, atque ad summam possidendam perfectionem sufficiat, neque ulla re a se distincta ad suam felicitatem egeat; haud omnino sequitur, ut illius natura rei cujuspiam procreationem necessario exposcat. Non alterum, nam res illa vel esset existens, vel tantum possibilis; at superioris nulla res perfectionem suam ni productione accepit; deinde omnia possibilia sunt, omnes quoque parvas ad existendum indifferentia, neque ad sui procreationem aut quidpiam conferre, aut eidem resistere possunt, neque aliquam bonitatem infinitam in se continent: ergo necessitas nec ipsa Dei natura, nec a re ab ipso distincta promanare potest.

Accedit quod Deus perfectissimam habeat voluntatem, ut supra ostensum est: sed ad voluntatis perfectionem libertas etiam pertinet: Deus ergo libertatem habet: atqui eam non habet in actibus internis: necesse ergo est ut in actibus externis perfectissime liber sit. Quidquod

Deus

Deus hominibus ejus libertatem dedisset, quam quidem concedere non po-
tuerat, nisi ipse etiam libertate polleret, juxta vulgatum axioma: nemo
dat quod non habet. [illegible]

Objectio quinta.

Deus necessario mundum condidit: ergo illius voluntas in actibus externis li-
bera non est. Ant. prob. Deus ad mundum condendum per gloriæ suæ amo- 101.
rem necessario fuit determinatus, ergo &. Et sane Proverb. 16. legitur: Uni-
versa propter semetipsum operatus est Deus. [illegible]

Responsio

Nego ant. Ad illius prob. nego consequens ant. et respondeo Deum per gloriæ
suæ amorem ad mundum condendum nequaquam necessario determi-
natum fuisse. Duplex siquidem Dei gloria distinguitur, alia nimirum inter-
na, et essentialis, alia externa, et accidentalis. Sed neutra Deum ad mun-
dum mundum necessario condendum determinavit. Non quidem inter-
na, et essentialis; hæc quippe est ipsa summa Dei perfectio, et excellentia,
quam Deus in seipso videt, et amat; quis autem dixerit novam ali-
quam perfectionem, et excellentiam a variis effectibus pendere, quos
Deus extra se producere potest? Quis nisi impius dixerit, ex mundi crea-
tione novam Deo perfectionem, et excellentiam adjunctam esse? Deus
igitur per internæ suæ gloriæ amorem ad mundum creandum necessario
impulsus non fuit. Sed neque gloria externa ad mundi creationem Deum
necessario determinavit. Hæc enim gloria externa in divinorum attribu-
torum manifestatione, et laudibus, quibus Deum homines prosequuntur
sita est. Sed ob hanc rationem ad mundum necessario creandum Deus
impelli non potuit; nam ante mundi creationem summæ Dei perfectio-
ni, et beatitudini aliquid defuisse dicendum esset, quod est absurdum:
ergo neque a sua gloria externa ad mundum condendum necessario
Deus adduci potuit. [illegible]

Obj.

Objectio 102ª Deus peccare non potest: vera igitur libertate non gaudet. Illustro est Divi Hieronymi, qui in homilia filii prodigi ait: Solus Deus est, in quem peccatum non cadit; caetera cum sint liberi arbitrii in utramque possunt partem deflectere voluntatem.

Responsio. Nego consequentiam. Peccandi potentia non perfectio sed defectus libertatis est. Peccatum enim vel ab ignorantia, vel ab impotentia, vel ab animi perturbatione oritur, per quod mens humana a vera perfectione et perfecta libertate deficit. Ab his igitur cum Deus in essentia sua immunis sit, peccare non potest atque liberrimus est. Vera enim libertatis ratio in eo posita est, quod agere possimus, vel non agere, et unum eligere altero non recusato. Utrumque enim Deus potest. Merito quaerit Augustinus: numquid quia peccare non potest, ideo liberum arbitrium habere negandus est? Ad Divum Hieronymum quod attinet, quamvis velle malum nec est libertas, nec pars libertatis ut habet Divus Thomas, est tamen quoddam libertatis signum; unde fieri potuit, ut Divi Hieronymi aetate, et ante, pro [illegible] Doctores liberas dicerentur.

Objectio 103ª In agente libero est consultatio et electio; sed Deus utriusque incapax est: ergo et libertatis. Min. prob. Consultare et eligere ignorantis est: a Deo igitur, qui sapientissimus est, utrumque quam longissime abest.

Responsio. Distinguo maj.: in agente libero est consultatio et electio proprie vel late talis, conc.; semper proprie talis, nego maj. et ac distincta min. nego consequentiam. Consultatio itaque stricte talis dicta, quae ignorantiam supponit, et haesitationem, quaeque consultationem humanam consequitur electio a Deo procul removenda est; non illa quae summa Dei sapientia innititur.

Obje:

Deus est ens necessarium: ergo liberum esse non potest. repugnant enim; Objectio 4ta.
simul libertas, et absoluta necessitas. 104.

Distinguo ant. Deus est ens necessarium in existendo, con. in entitate, Responsio.
et agendo respective [illegible]

Deus cum ex necessitate amet, et vult sibi necessario omne bonum: Objectio 5ta
sed manifestatio perfectionum per creaturarum productionem est bo- 105.
num. ergo &.

Distin. maj: Deus vult sibi necessario omne bonum internum, con. exter- Responsio.
num, nego maj. et sic distin. min. nego conseqtm. Cum Deus sit ens abso-
lutissimum perfectissimum, et undequaque infinitum, absque maxima per-
fectionum manifestatione sibi perfectissime sufficit, et felicissimus est:
non est ipsi necessarium bonum perfectionum manifestationem, quo-
ad necessario prosequi debeat.

Deus non potest esse simul liber, et immutabilis; est autem immuta- Objectio 6ta.
bilis: ergo non est liber. Maj. prob. Deus quatenus immutabilis est sua 106.
volitione carere non potest: quatenus liber est eadem volitione ca-
rere potest: sed impo[illegible] est, ut Deus sua volitione queat care-
re possit, simulque non possit. ergo impossibile est, ut liber, et immuta-
bilis simul sit: [illegible]

Nego maj. ad illius prob. distinguo maj. Deus quatenus immuta- Responsio.
bilis est non potest carere sua volitione entitative sumpta; quate-
nus liber est eadem volitione connotative sumpta carere potest,
con. maj: quatenus immutabilis non potest carere sua volitione conno-
tative sumpta; quatenus liber est potest eadem carere, nego maj. et
sic distin. min, nego conseqtm. Duplici namque modo volitio Dei conside-
rari potest, entitative, hoc est ratione esse sui, absolute, et conno-

tativa idest rationem habitudinem, quam ad objectum externum ha-
bet. Porro entitative spectata est vera Dei perfectio, atque ob illi-
us divinam immutabilitatem ab eo separari non potest: connotative
autem spectata nec perfectionem dicit, nec imperfectionem, unde
habitudo est, quam Deus habere, vel non habere potest. Caeterum licet
proprietatem unam cum altera conciliare difficile admodum est, id vel
ex eo colligitur, quod non defuerint, qui mysterium hoc aeque ac Tri-
nitatis mysterium humanae menti inaccessum dixerint; non ideo tamen
de utriusque hujus proprietatis existentia dubitare licet, cum Deum
et immutabilem et liberum esse non modo Scripturae divinae, sed ipsa
etiam ratio evidentissime evincat.

Objectio ima Deus necessario vult, quaecumque ab aeterno vult: ergo liber esse non potest.
107. Ant. prob. Deus quaecumque vult a tota aeternitate vult. sed, quae Deus a to-
ta aeternitate vult nunquam potest non velle. ergo Deus quaecumque vult
~~necessario vult~~ necessario vult

Responsio Nego ant. ad illius prob. ~~[illegible]~~ con. maj. distinguo min. Nunquam potest
non velle hoc est pro nullo temporis intervallo durationem antecedente
potuit non velle, con. min. hoc est absolute non potuit non velle, ne-
go min. et conseq. Deus quidem quidquid vult a tota aeternitate vult,
cum in eo nulla mentis suspensio admitti possit: quare nullum nec exi-
guum quidem temporis momentum excogitari potest, quo Deus ad vo-
lendum indifferens fuerit ad volendum tamen vel non volendum
quod ab aeterno vult absolute indifferens indifferentia activa, cum
ad id volendum vi nulla ~~impelli~~ impelli potuerit.

Ca-

Caput 9.

De Deo Creatore, ubi etiam de fine, quem sibi Deus in mundi Creatione proposuit.

Vis de nihilo rem aliquam efficiendi, vis creandi appellatur. Crea- Quid vis crean-
tio autem ex parte Dei spectata est actio divina, quae efficit, ut [illegible], et creatio-
[illegible] aliquam existentiam, quam nondum habuit, obtineat. 108.

Ut vera creationis notio habeatur, advertendum est, quod producere Scholion.
generatim est facere aliquid de novo, seu aliquid quod non erat. Aliquid
autem fit de novo, vel ex aliqua praeexistente materia ut cum homines, de-
[illegible] omnia ex nihilo [illegible]. Jam vero quod producitur de novo ex praeexi-
stente materia, illud proprie dicitur educi, ejusque productio vocatur
eductio. Quod producitur de novo ex nulla praeexistente materia, proprie
dicitur creari, illiusque productio, per creatio vocatur. His praemissis sta-
tuimus primo [illegible]

Vis creandi soli Deo convenit [illegible] 24. Propositio prima.

Prob. Causa vi creandi praedita debet esse infinita: sed ejusmodi causa 109.
est solus Deus: ergo. Maj. prob. Ubi quae nondum extant nihil omnino pos-
sunt vel conducere, vel repugnare ad effectioni, nec aliud quidpiam
quod obstet invenitur, ergo vis ad res creandas sufficiens, possibilibus u-
nibus procreandis par est. sed hujusmodi tanta vis omnipotens est, et in-
finita ergo causa vi creandi praedita est infinita, proindeque soli Deo con-
venit. Adde, vim eam in agendo a nullo dependere. quemadmodum ergo
natura, quae in ~~existendo~~ existendo a nullo pendeat, est per-
fectissima soli Deo conveniens, ita plane et vis, quae a nullo in a-
gendo ~~pendeat~~ [illegible]

Non modo intelligi non potest, quomodo aliquid ex nihilo educi pos- Objectio
sit?

110. sit, verum etiam ejusmodi productio rectae rationi adversari videtur, cum certum sit axioma illud: ex nihilo nihil fit: ergo vis creandi Deo tribui non potest.

Responsio. Quamvis modum quo res aliqua fieri potuerit non cognoscamus, non ideo id tamen fieri potuisse negandum est. Et certe animam cum corpore conjungi, eamque judicandi, volendique vi pollere, indubitatum est, et tamen in quo unio illa consistat, quomodo anima vires suas exerceat, nemo est qui cognoscat. Hinc merito Divus Augustinus: Numquid ideo negandum est quod apertum est, quia comprehendi non potest quod occultum est? Porro mundum a Deo ex nihilo conditum fuisse, ex iis quae postea dicemus certissimum est. Haec vero quidquam juvat illud axioma, quod plures patitur interpretationes, nimirum nihil esse sine ratione sufficiente, nihil seipsum producere, nihil viribus creatis ex nihilo educi posse, nihil ex nihilo tanquam ex sua materia fieri posse, et denique nihil multiplicatione nihil posse obtineri [illegible]

Propositio 26ta

Deus Mundum hunc ex nihilo eduxit.

111. Prob. Mundus creatus est vel duntaxat ab ente finito, vel ab infinito qui Deus est. Maj. constat ex logica, siquidem sensus de corporum existentia nos nunquam fallunt: min. autem ex praecedenti propositione patet, cum scilicet potentia aliquid creandi sit infinita, nulli enti finito competere potest. restat igitur ut mundus ab ente infinito, Deo nempe creatus fuerit. Sed Deus mundum hunc ex materia improducta, et praeexistente non condidit: ergo ex nihilo eduxit. Cont. prob. si materia foret improducta, foret etiam ab omni alio ente, atque a Deo ipso independens, sed ens a Deo absolute independens, neque ab eo in ordinem redigi, quid enim fieret si nullum Deus in eam dominium haberet, ne- qui

Quo istud in condominium concedere possit ens perfectissimum, qua-
lis esset materia? Ergo si materia mundana improducta statuatur, a Deo in ordinem redigi non potuisset, dicendum est igitur, Deum ex nihilo mundum eduxisse. Accedit et illud quod si materia, ex qua mundus coaluit, ens et necessario praeexistens statuatur, immutabilis propterea esse deberet, omnique possibili perfectione absque ullo limite praedita; quod tamen falsissimum est. ergo q.

Gloria Dei interna est collectio infinitarum ejus perfectionum, sive infinita naturae illius excellentia. Gloria Dei externa ea est, quae ex earundem perfectionum manifestatione exoritur. Quid gloria Dei interna, et externa?

Finis, quem sibi Deus in mundi creatione proposuit, est 112.

~~externa manifestatio earumque perfectionum, sive gloria externa; & ceteris~~ 26. Propositio Systhem.

Prob. Finis quem sibi Deus in Mundi creatione proposuit debet esse aliquid ipsi bonum, vel praeter gloriam internam, et externam, nihil potest esse Deo bonum, cum ipse utpote ens infinitum a nullo penitus pendeat. Finis igitur quem sibi Deus in Mundi creatione proposuit, vel est gloria ejus interna; vel externa, vel utraque simul: atqui gloria interna esse non potest, cum Deus infinitas suas perfectiones ab aeterno, et necessario possideat: restat ergo ut sit externa, seu sui manifestatio suarum perfectionum. Ad majorem argumentum quod attinet, finem scilicet, quem sibi Deus proposuit, esse aliquid ipsi bonum inde conficitur, quod universim finis nunquam sit consecutio alicujus boni, quod, per actionem intenditur; deinde vero quod Deus ipsum ut bonum infinitum infinite amare debeat; non amaret autem, si non aliquid sibi bonum proficeret in creatione mundi constituenda; magis enim amaret illud, cujus bonum propagaret.

Scho.

Scholion. Cum Divinarum perfectionum manifestationem creationis finem asseruimus; non propterea creaturarum rationalium beatitatem absolute excludimus; hæc siquidem est finis secundarius, et internus Dei, ille vero primarius et ultimus [illegible]

Objectio prima. 114. Si Deus in Mundi procreatione suarum perfectionum manifestationem proposuisset, tum Deus ipse esset aliqua ratione finis internus creaturarum: hoc Deo repugnat: ergo &. Min. prob. inter Deum, et entia creata nulla est proportio. ergo &.

Responsio. Con. maj. nego min. ad cujus prob. distinguo ant. inter Deum, et entia creata nulla est proportio ratione perfectionis, con. ratione connexionis nego ant. et conseq.

Objectio 2da. 115. Si Deus esset finis ultimus omnium, omnia ultimo referrentur ad Deum: sed hoc non fit: ergo &. Min. prob. actus vitiosi non referuntur ad Deum; per illos enim homo recedit a Deo. Homines deinde finis hujus appetitionem sibi a Deo congenitam habere deberent; quo tamen deesse indicio est affectio illa, qua rebus mundanis inseparabiliter adhærent.

Responsio. Nego min. ad prob. distin. ant. Non referuntur ad Deum ex nostro consilio, directe, et habita ratione propriæ malitiæ nostræ, con. ant. non referuntur nisi, seu ad commendandas Divinas perfectiones ne indirecte quidem serviunt, nego ant. et conseq. Peccata quæ indirecte Divinas perfectiones commendant, dum in illis puniendis Divinam justitiam, in condonandis misericordiam, in dissimulandis longanimitatem admiramur. Apposite ad rem hanc Aug.us Pictor novit ubi ponat nigrum colorem, ut sit decora pictura, et Deus nescit, ubi ponat peccatorem, ut sit ordinata creatura?

Hæc

Nec obstat id quod addit, homines nimirum saepe magis in bona
sensibilia ferri, quam in Deum ipsum; hujus enim ratio est, quia bo-
na ista non item Deus in sensus nostros incurrunt, adeoque vivacio-
res in animo apprehensiones excitant. Interim experientia cujusvis
propria constat, in nullo horum appetitionem homines plane con-
quiescere, et hoc ipso etiam advertere ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ ut
nonnisi bonum esse ordinate videatur iterum Aug.us Ad te fe-
cisti nos Domine, et inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te.

In nostra sententia asseveratur, Deum in condendo mundo suum commodum magis, quam creaturarum bonum intendisse: hoc autem Deo indignum videtur, quia minus perfectum est, et aliquam indigentiam arguit, ut hominum exemplo perspicuum fit: ergo q. Et sane Dei bonitas magis commendari mereretur, si pro fine ultimo creaturarum felicitatem sibi proposuisset. Objectio 3tia. 116.

Distinguo maj. in nostra sententia asseveratur q. et hoc ob infinitam suam bonitatem, et excellentiam, con. ob defectum aliquem, et indigentiam nego maj. et sic distin. min. nego consequen. Deus itaque in universo condendo non quaesivit gloriam suam, ob indigentiam aliquam, aut majorem inde felicitatem, aut perfectionem consequendam, quod hominum est; sed praestitit id sapientiae suae, aliisque infinitis perfectionibus convenienter. Cum enim ipse sit bonum infinitum, oportebat ut se prae omnibus bonis finitis amaret, omniaque reliqua ad sese referret, qui ut omnium est principium, ita quoque omnium finis est. Ad id quod addit, respondeo Deum in mundi creatione creaturarum felicitatem non praetermisisse, sed [illegible] licet ex naturae suae perfectione ad alium finem nobiliorem Responsio

crea-

creaturas ipsas ultimo ordinaverit.

Caput 10.

De Mundi origine, illiusque perfectione.

Quae mundi ori-go? 117. Ubi de origine mundi fit sermo duo praecipue quaeruntur, num scilicet Deus mundum ab aeterno creaverit, aut saltem creare potuerit. Quamvis porro ad priorem partem quod attinet ex veteribus Philosophis non pauci cum Aristotele mundum hunc aeternum esse, ipsique Deo ab aeterno coexistere censuerint: Philosophis tamen Christianis ob sacrarum litterarum auctoritatem nullus de aeternitate de aeternitate mundi dubitandi locus relinquitur. In altera quaestionis parte definienda sententiae non conveniunt: multi tum ex Peripateticis tum ex recentioribus omnino asserunt, Deum potuisse mundum ab aeterno creari, nec quid repugnare aeternitatem cum creatione entis: alii contra, et longe plures id fieri haud quaquam posse definite pronunciant: horum opinio ad veritatem propensior videtur. Nos utramque partem distincte perlustrabimus, et quoniam non desunt increduli quidam homines, qui nihili scripturarum auctoritatem facientes, mundum aut aeternum esse, aut saltem antiquiorem, quam Moyses illum facit, dictitare solent: ideirco ad eos refellendos statuimus primo.

Propositio prima. 27 118. Sana etiam Philosophandi ratio suadet, mundum nec esse aeternum, nec antiquiorem, quam illum Moyses facit.

Prob. primo et quidem utraque simul propositionis pars. Sana philosophandi ratio suadet id pro certo habendum esse, quod a scriptore fide digno narratur. sed Moyses qui mundi creationem in tempore factam describit, et quidem duobus circiter mille annis ante

ante diluvium universale, praescindendo etiam ab auctoritate, quam
tamquam divina luce illustratus infallibilem sibi meretur, est scriptor
fide dignus, ergo etiam post Moysen independenter etiam a divinis cha-
racteribus, quibus infallibilis constituitur, in tota sua historia se pro-
[illegible] verum, quas narrat omnium, idoneum qui ea omnia quae
scribit, compertum habere posset, integrum incorruptum, ab omni frau-
de, et suspicione immunem; magna apud nationem suam existimatione
gaudentem. Accedit, quod nemo, nec ante, nec post illius mortem facta
ab illo narrata in dubium vocavit. ergo Moyses spectatus etiam ut scriptor
profanus omnimodam sibi fidem meretur, proindeque rationi maxime con-
sentaneum est, mundum neque aeternum, nec antiquiorem, quam pro-
nat

Prob. 2° ex novitate, quam praeferunt, populorum omnium annales,
deprehendimus enim annales istos omnino non excurrere ultra sex anno-
rum millia, item ex [illegible] artiumque inventione et progressione,
quae novum in modum consentiunt cum sententia, quae mundum ab aeter-
no extitisse negat; et denique ex communi omnium gentium consensione
et scriptorum, qui de rerum primordiis scripserunt, constat siquidem o-
mnes totius orbis nationes semper aliquem supremum mundi auctorem co-
luisse, omnibusque opinionem eam insitam fuisse, mirabilem hanc rerum
universitatem ex tempore conditam fuisse. Accedit, quod si ab aeter-
no mundus, et in illo homines extitissent, aliquas procul dubio antiquis-
simorum temporum, et hominum res gestas per [illegible] ad
nepotes traditionem haberemus; praeclara enim in infinitis saeculis
[illegible] fuerint, egregia eorum facinora hominum recordatione digna,
antiqua [illegible] essent imperia, in quorum vicem alia successissent
non

non diminuti fato perituri. Cum itaque nullam de his omnibus cognitionem habeamus, quamvis non nulla inter nos ante diluvianorum temporum, et hominum cognitio sit, a paucis a Moyse tradita acceperimus; hinc recte concludi potest mundum nec aeternum esse, nec antiquiorem, quam illum Moyses finxit. [illegible]

Objectio prima 119. Opponit Montesquieu, et inquit, verisimile esse Adamum similiter, ut Noe ex praecedenti diluvio incolumem evasisse, parentque vitium ordinem semper extitisse; sed vires ita ne habeat, annalium, scientiarum, artiumque novitas facile explicatur etiam in hypothesi mundi aeterni. [illegible]

Responsio. Adamum ex praecedenti diluvio incolumem evasisse gratis asserit Montesquieu; et sane quod non sententiae suae fundamentum affert nullum signum. Accedit quod in suppositis diluviis vel omnes omnino homines perierunt, vel aliqui superstites extiterunt; si primum, quomodo igitur reparatum est genus humanum? si alterum, quomodo qui superstites remanserunt artes, et disciplinas, praesertim etiam inventas posteris non transmiserunt? Perperam igitur ad diluvia confugit Montesquieu, ut annalium, scientiarum, artiumque novitatis rationem reddat.

Objectio 2da 120 Nulla assignari potest ratio, cur Deus tanto tempore fuerit, cur non citius mundum condiderit: vel enim ait Spinosa non potuit antea vel non voluit. Si non potuit, nunquam potuisset postea. Si non voluit cur deinde voluit? Et si aliquando voluit semper voluit, cum in ipso volitionum mutatio nulla detur. Mundum ergo aeternum esse consequens [illegible]

Responsio Verum neque sunt ista: causa voluntatis divinae, scire quaerunt, cum voluntas Dei omnium quae sunt, ipsa sit causa, inquit divus Aug.us apud

Ve-

Du-Hamel. Voluit certe Deus semper, sed non pro semper; sed cur pro hoc potius, quam alio tempore? Quia id a liberrimo ejus ipsius arbitrio pendebat. Certe quodcumque statuatur tempus statuendum autem necessario est, cum creatio ab æterno repugnet, ut postea videbimus, semper redibit eadem quæstio, quæ non resolvetur, nisi recurrendo ad summam Dei libertatem. Neque vero propterea periculum est, ut ullam in Deo actuum successionem admittamus. ut enim alibi diximus cum sancto Augustino. id opus novum non novum, sed sempiternum adhibet consilium. . . . . .

Deus ab æterno voluit mundum: ergo mundus æternus est. ~~[illegible]~~ Objectio 4ta

Ant. prob. Posita ratione sufficiente ponitur et id, cujus est ratio sufficiens: 121
sed voluntas Dei, quæ est ratio sufficiens creationis mundi ab æterno posita est. ergo etiam mundus &. Accedit, quod idem manens idem semper aptum est facere idem. cum ergo Deus idem semper maneat, aut mundum semper condidit, aut nunquam condet.

Distinguo ant. Deus ab æterno voluit mundum pro tempore con. pro tota æternitate nego ant. et conseqm. Ad prob. distinguo maj. Posita ratione sufficiente ponitur id cujus est ratio sufficiens, eo nitimur momento pro quo ratio sufficiens illius existentiam exigit, con. maj. eo dato momento quo ipsa existit, subdistinguo, si illa ratio libera non respiciat aliud determinatum momentum, con. si respiciat, nego maj. et sic distincta min. nego conseqm. Ad id quod additur respondeo, Deum semper idem liberum ab æterno mundi in tempore condendi consilium habuisse. mundus igitur non ab æterno, sed in tempore extitit. Neque obstat quod dicitur, idem manens idem, semper facere idem, id enim in causis liberis manifestum falsum est, ~~[illegible]~~ eadem manens pro sua voluntate idem eligere, negligere; Responsio.

gere, vel etiam liquidiora posuit.

Objectio 4ta. 122. Immensa marinorum testaceorum copia, quae lapidefacta in montibus aut accumulata sub terra in immensas strages etiam a mari remotissimis reperiuntur, multo probant, mundum longe antiquiorem esse quam Moyses narrat. ergo: Ant. prob. Nam haec testaceorum lapidescentium strata aperta indicant, universam tellurem olim marinis aquis successive obrutam ~~[illegible]~~ fuisse, quae scilicet a veterioribus litoribus recedentes novam terrae partem [illegible] occupavarunt; sed ut ex observationibus constat, nonnisi quinquaginta annis marinae aquae duabus lineis a prioris litoribus recedere possunt: ut usque centum circiter lineis recedant, viginti quinque annorum millibus circiter opus est, proindeque mundus a quo viginti quinque saltem annorum millibus jam [illegible]

Responsio. Neg. ant. ad illius prob. respondeo negari quidem non posse, mare a quibusdam locis recessisse; at ad alia accedere propter arenae et limi congeriem alicubi a fluctibus ipsis depositam. concedimus etiam omnes orbis nostri partes aut simul, aut successive aquis obrutas fuisse. Universalem hanc inundationem diluvium universale nuncupamus, cujus tam perspicua ubique humanis monumenta adhuc extant in altissimis etiam montium verticibus. Verum motus ille, quo paulatim mare ab ortu in occasum ita ut successive inundet loca maxime dissita, fabula est, quae nunquam probabitur. Caeterum, ut allata difficultas penitus solvatur, illud mira ~~sufficit~~ sufficit, diluvium, ut in sacris litteris narratur, satis [illegible] habuisse, ut [illegible] terrae superficiem everteret, et plura in loca immensos arenae, argillae, lapidum cumulos congereret, aut alibi [illegible] [illegible]

pro;

profundas valles angusti alternis volutionibus, et retrocedentibus medias
inter terras, mediosque montes excavarunt. ut irregularibus stratis marinorum
testaceorum, plantarum, metallorum, omnis generis corporum copiam dispo-
neret, ut in montium antediluvianorum cavernis hominum, piscium, et
cujuscumque speciei animalium cadavera deponeret, quae omnia mun-
di hujus structurae superficiei accuratus observator animadvertebat, quin opus sit
ad vetustiorem mundi originem recurrere, ad iteratas successivasque
aquarum longissimo tempore paratas inundationes.

Communis ea mundi aetate, quam Moyses mundo ipsi attribuit, inde Objectio 3ta.
repugnantur, Chaldaeorum, Egyptiorum, et Sinensium imperia orbe con- 123
dito antiquiora esse. haec videntur: ergo &

Historiae illae, quae mundum antiquiorem faciunt quam Moyses, nul- Responsio.
lam prorsus fidem merentur. Et profecto aut stultitiae, aut vanitati,
aut impudentiae Chaldaeos condemnat Tullius, dum quadringenta sep-
tuaginta annorum millia monumentis . . . comprehensa jactant
Diodorus Siculus diserte prohibet fabulari Egyptios, qui initio Deos, et Her-
oas paulo minus decem et octo annorum millia imperasse, dein-
de vero ab hominibus regnum per quindecim annorum millia gubernatum
fuisse dicebant. Ad imperium Sinense quod attinet, illius historiae epocha
vera atque certa ante Christum natum, non ultra quadringentos, vel
ad summum octingentos annos produci potest

Mundum, aut etiam materiam, ex qua coaluit, ab ae- 28. Propositio 2da.
terno exstitisse. absolute repugnat. 124

Prob. 1mo. Mundus, et materia ipsa, ex qua mundus coaluit, pro-
ducta est ex nihilo: sed quod productum est ex nihilo ab aeterno esse
non potuit: ergo &. Min. prob. Quod productum est ex nihilo tantum

tum

tum est de non esse ad esse: sed quod transitum est de non esse ad esse aliquando non habuit esse, seu aliquando non extitit. ergo si mundus, et materia, ex qua mundus coaluit, ex nihilo producta est, aliquando non extitit, proindeque ab æterno esse non potuit.

Prob. 2do. Mundus, et materia etiam indifferens est ad existendum, et ad non existendum: sed quod ex essentia sua indifferens est ad existendum, et ad non existendum, ab æterno existere non potest: ergo &c. Major certa est: secus enim necessario existeret, quod soli enti necessario competit. Min. autem prob. Quod indifferens est ad existendum, vel non ad hoc ut existat, ab alio determinari debet: sed ab æterno determinari non potest: ergo &c. Min. prob. Determinatio creaturæ, quæ possibilis est ad existendum, fit per actionem transeuntem, eamque primam inter illas actiones, quæ creaturam dare respiciunt, sed hæc nequit esse æterna, cum sua productio exigat determinatum instans, in quo res incipiat esse, quod instans, proinde inceptio pugnat cum æternitate: ergo &c. Sed illud etiam contra æternam mundi existentiam pugnat, quod tunc jam extitisset tempus reale infinitum, quod impossibile omnino est, tum quia numerus infinitus realium partium, quæ in hoc tempore reperirentur, repugnat; tum quia hodierna dies nunquam advenisset, hoc ipso quod infinitus dierum numerus præcedere debuisset.

Objectio 125. Deus ab æterno habuit potentiam creandi mundum, mundus item ab æterno fuit aptus ad existendum: ergo nulla est repugnantia in eo, quod mundus ab æterno creari potuerit. Et sane mundus creari potuit ante omne temporis momentum singillatim, et ut ajunt distributive sumptum: ex. gr. centum ante annos, mille, millies mille &c. cur igitur non etiam si tempus illud collective sumatur.

Re-

Distinguo ant. Deus ab aeterno habuit potentiam mundum creandi; Responsio: quae id utrumque cum initio existendi con., sine initio existendi negant et co[nse]q[uen]t[ia]. Cum creatio sit productio rei ex nihilo, seu quaedam transatio de non esse ad esse, proindeque necessario exigat, ut res quae creatur, antea non extiterit, hincque cum creata existere incipiat, Deus a tota aeternitate non aliam mundi creandi potestatem habuit, quam eam quae efficere possit, ut mundus per creationem initium existendi in tempore obtineat, neque mundus a tota aeternitate aliter aptus fuit ad existendum, quam cum aliquo existendi initio, hoc est in tempore.

Quod autem ad alterum attinet, manifesta est disparitas, in priori siquidem casu nulla prorsus contradictio habet latet; nam potuisse mundum ante quodvis temporis momentum distributive sumptum condi, aliud non est, quam in tempore imaginario infinito nullum tempus assignari posse, ante quod a Deo mundus effici non potuisset, ita namque ut ex illo habuisset initium existendi, quod adhuc infinita momenta antecesserint; in posteriori vero aperta est repugnantia, quia enim ponit potuisse mundum ante omne temporis momentum collective sumptum creari, hoc ipso mundum creatum existendi initio caruisse, quandoquidem temporis spatium imaginarium, quod infinitum est, initio destituitur.

Perfectio Mundi generatim est consensus omnium rerum hujus mundi pariter [...] (margin: Quid mundi perfectio, et quotuplex? 126.) variitatem et alterationum, quae necessariorum in ordinem ad consequendum finem a Deo sibi praestitutum. Haec porro mundi perfectio vel comparata esse in ad suum finem, vel comparata ad alios mundos possibiles spectari potest. Si priori modo spectatur, dicitur perfectio mundi in suo genere, seu relativa ad suum finem; si altero modo spectatur,

ori;

ordine perfectio mundi absoluta, quae optimismus mundi appellatur, si omnes possibiles possibilium mundorum perfectiones superat, idest si infinitas Dei perfectiones maxime, et in supremo gradu manifestat.

Scholion. Probe hoc peculiari quodam modo est attendendum; ex ejus enim ignoratione non pauci auctores mundum in genere suo perfectissimum cum mundo omnium possibilium optimo confuderunt. Mundus nimirum in genere suo perfectus, vel etiam perfectissimus est ille, cujus singulae partes ad finem a Conditore suo praestitutum obtinendum, quam optime conspirant; atque adeo suas perfectiones Divinas tantum manifestat, quantum ipsas ab illo Deus manifestari vult. Mundus vero omnium optimus est ille, qui omnes mundos possibiles perfectione superat, proindeque adeo Divinas perfectiones maxime manifestat, et ipsas magis manifestari absolute absolute requirunt. [illegible]

29. Propositio 3tia. Mundus hic in suo genere perfectissimus est

127. Prob. Mundus hic in suo genere perfectissimus dici debet, si est medium optimum ad consequendum finem, quem sibi Deus in illius creatione proposuit: sed res ita se habet: ergo etc. Min. prob. Deus in mundi hujus creatione suarum perfectionum manifestationem sibi pro fine proposuerit, ut supra ostendimus: sed mundus perfectiones Divinas tantum manifestat, quantum, quantum ipsas ab illo Deus manifestari vult: ergo est medium optimum etc. Min. prob. Nisi mundus hic aptus esset ad manifestandas perfectiones Divinas, eo modo, quo Deus vult, id ideo contingeret, quod Deus vel non potuisset, vel nescivisset, vel noluisset ejusmodi mundum eligere: sed primum repugnat o-

mni

omnipotentiae, alterum perfectissimae intelligentiae, ultimum deni-
que infinitae sapientiae Dei: ergo Deus elegit medium ad conseque-
ndum finem suum optimum, proindeque mundus hic optimus
est ad manifestandas divinas perfectiones eo modo, quo Deus vult;
atque adeo in genere suo perfectissimus est.

Mundus hic potest esse perfectior: ergo non est in genere suo Objectio prima.
perfectissimus. Dist. prob. Deus mundi hujus entia multo perfectiora 128
creare potest, quam revera creavit. sed mundus eo in casu fuis-
set perfectior: ergo mundus hic perfectior esse potest.

Distinguo ant. Mundus hic potest esse perfectior in alio gradu, quo Responsio.
tamen nempe eminentiori gradu perfectiones divinas manifesta-
re potest, con. ant. potest esse perfectior in suo gradu, quasi aut
aliquod hujus mundi minus respondeat fini ab ejus creatore intento,
nego ant. et consequentiam. Ad prob. distinguo maj. Deus mundi hujus en-
tia multo perfectiora creare potest perfectione absoluta, con. rela-
tiva ad finem nego maj. et [illegible] min. nego consequentiam. Deus qui-
dem creare potuisset hominem eo qui intellectu tam excellenti prae-
ditum, ut magis longe relucerent in eo intellectus divinus, cujus intel-
lectus humanus imago aliqua esse dicitur. Verum perfectio ista non
pertinet ad mundi perfectionem, de qua hic agitur. Quaeritur
hic, utrum idem intellectus humanus in eo praecise perfectionis
gradu, a quo a Deo conditus est in praesenti Providentia, perfe-
cte fini suo respondeat, hoc est eas divinas perfectiones manifesta-
verit, illas Deus per ipsum manifestare vult.

Multa sunt in hoc mundo entia imperfecta, et non pauci ho- Objectio secunda
mines caeci, surdi, variisque morbis obnoxii; quod quidem in aliis 129.
[illegible]

etiam videmus aliis animantibus nociva esse, item plurima
sunt animalia vilia, ut insecta; inutilia ut animalia quaedam
aquae, aerisque innatantia: mundus igitur nec eo quidem in ge-
nere perfectus dici potest.

Responsio. Distinguo ant. Multa sunt in hoc mundo entiam imperfe-
cta, imperfectione quadam comparativa ad alia ad alia entia
quae nostro intelligendi modo perfectiora nobis videntur, conc. ant. im-
perfectione aliqua comparativa ad finem, quasi a fine sibi praestitu-
to aberrent, nego ant. et consequens. Generatim perfectio mundi, ut
jam diximus non consistit in perfectionibus particularium entium
sed in eorum communione, et tendentia ad finem sibi praefinitum. Nos
quidem imperfectos appellare solemus eos, modo, a quia perfe-
ctionibus destituuntur, quae spectata natura communi cum ipsis con-
veniunt, comparata tamen ad finem suum imperfecta non sunt, cum
et ipsa eo in gradu Dei omnipotentiam manifestant, quo per ipsos Deus
manifestare voluit.

Quod ad insecta attinet, ea vilia in se non sunt, licet oculis no-
stris talia habeantur, ea quod eorum finis non continuo nobis manifestat;
conveniunt enim cum reliquis ad communem finem obtinendum,
et certe corpusculi minimi conformatio conditoris sui potentiam ac
sapientiam quam maxime illustrat. Idem dic de illis, quae nobis inu-
tilia, et nocentia videntur; neque enim ex nostro particulari
modo, aut judicio res est metienda, sed ex fine quem Deus omnibus
omnino entibus praestituit. Accedit quod res quomodo praeter com-
munem, particulares quoque fines propositos habent

Objectio 5ta. Multa in hoc mundo perpetrantur peccata: sed haec non cederent
ad

ad gloriam Dei, sed potius ad ejus contemptum; ergo non omnia, in hoc mun- 130.
do Dei gloriam illustrant, proindeque mundus perfectus dici non potest

Con. maj. Dist. utrumque min. Peccata si spectentur, relata ad malitiam Responsio
et intentionem hominis libertate sua abutentis non tendunt ad gloriam
Dei, con. min. si spectentur ut sunt actus physici hominis agentis, vel ut
connexionem aliis ad eumdem finem tendentibus, vel ut a Deo per-
missa; nego min. et consequentiam. Tametsi peccata prout a malitia hominum
libertate abutentium procedunt ad obscurandam potius conditoris gloriam
tendant; multis tamen aliis modis ad illustrandas divinas perfectiones
inserviunt. Imprimis scilicet prout sunt actus physici praeclarissimum li-
bertatis donum hominibus a Deo concessum fuisse manifestant; deinde
ut sunt in hac rerum serie, ac connexione posita, una cum reliquis,
mundum illum optimum constituunt, quod Deus ad consequendum fi-
nem sibi propositum elegit, e quo in re singulari gradum ratione divina
elucet sapientia, dum mala haec ad optimos fines dirigendo, assequi-
tur ipsa obtinendos, quos homines perversa sua voluntate impedire cona-
rentur. Denique peccata cum tolerando divinam in nos bonitatem, et
patientiam, commemorando misericordiam, et mansuetudinem, cum
vindicando summam potestatem, et justitiam luce clarius patefaci-
unt.

Mundus hic non est omnium possibilium optimus — Propositio 30a

Prob. 1mo Mundus omnium possibilium optimus est absolute im- 131
possibilis: ergo etc. Ant. prob. Si mundus omnium possibilium optimus
possibilis esset, vel finitae, vel infinitae perfectionis esset: sed neutrum di-
ci potest: ergo etc. Min. prob. Et quidem dici imprimis non potest per-
fectionis infinitae, quia nomini unicum cujusmodi esse infinitae perfecti-
onis

ad possibile est, nempe Deus. sed neque perfectiones finitae Dei patent; quia tunc non haberet omnes possibiles perfectiones, quas habere posset, proindeque non esset omnium possibilium optimus.

Prob. 2do. Mundus omnium possibilium optimus esset ille, qui infinitas Dei perfectiones maxime, id est in supremo gradu manifestaret: sed id est impossibile: ergo q. Min. prob. Perfectiones divinae cum sint infinitae ultimo gradu carent, proindeque quicumque gradus assignatur, vel mente concipiatur, alius semper et alius superior erit, in quo perfectiones ipsae magis adhuc manifestari possint: sed hoc ipso impossibilis est mundus, qui perfectiones divinas supremo in gradu manifestat. ergo q. Accedit quod si mundus hic finitus esset, et tamen omnium possibilium optimus, quod utrumque adversarii asserunt, tunc limitata foret Dei potentia, quia creato effectu finito propriae perfectionis nobiliorem creare non posset. Videamus quid contra regerant Leibnitiani quos praesertim in hac causa adversarios habemus.

Objectio prima. Inter ea quae limites habent non repugnat unum esse per-
131 fectissimum: sed omnis mundus habet limites, cum nullus adaequate possit perfectiones divinas exprimere: ergo inter omnes mundos non repugnat unum esse perfectissimum: sed hunc Deus potuit; imo spectata sapientia sua creare debuit. ergo mundus hic est omnium possibilium optimus.

Responsio. Distinguo maj. Inter ea, quae limites habent nec possunt ultra omnes limites assignandos perfici, non repugnat unum esse omnium perfectissimum, con. maj. inter ea, quae limites habent, possunt tamen sine limite perfici, non repugnat unum

esse

ens
omnium perfectissimum, nego maj. et sic distincta min. nego con-
seq.m cum min. subsumpta.

Deus utpote sapientissimus ex se fertur ad illud quod me- Objectio 12a.
lius est: sed mundus perfectior est aliquid melius mundo minus per- 133
fecto; ergo Deus ex se, et necessario fertur ad producendum mun-
dum perfectissimum.

Distinguo maj. Deus ad illud fertur, quod sibi melius est, con. maj. Responsio
quod melius est creaturis, nego maj. et sic distincta min. nego con-
seq.m Deus quidem cum sua felicitate se fraudare non possit,
ad illud necessario fertur quod sibi melius est. Verum divina sapien-
tia non postulat, ut Deus agat quidquid creaturis est melius, alio-
quin eas necessario creare deberet, cum ipsis melius sit existe-
re, quam non existere.

Deus in hypothesi quod extra se agat, non potest non creare Objectio 13a.
mundum, qui divinas perfectiones modo perfectissimo manifestet; 134.
sed mundus ille est perfectissimus omnium: ergo etc. Maj. prob.
Deus perfectiones suas necessario amat: ergo modo perfectissimo
illustrare eas et exprimere.

Nego maj. Ad illius prob. nego consequ.m In hypothesi quod De- Responsio.
us extra se agat, suas quidem perfectiones non manifestare non
potest in mundo, quem procreat, intelligentiam scilicet, potentiam,
bonitatemque; eas tamen modo perfectissimo nunquam depingere
tenetur, alioquin enim et suam ex. gr. immensitatem expen-
deret, immensum mundum producere deberet, et infinitam
suam intelligentiam, et scientiam splendidius exhiberet, spi-
ritus longe perspicaciores producere omninoque quos
con-

consilia pandere, et naturæ arcana revelare. Dicendum, quod ne-
minem dixerit. Deus certe perfectiones suas necessario amat; at a-
mor iste non exigit, ut per creationem manifestentur; secus ne-
cessario mundum condidisset, pariter igitur amor idem non exi-
git, ut hoc potius quam illo modo, in hoc potius, quam illo
gradu eundem architectet.

Objectio 4ta. 135. Deus non potest minus bonum magis amare quam majus bo-
num; sed si eligeret hunc mundum relictis perfectioribus, mi-
nus bonum magis amaret, quam majus bonum; ergo Deus ne-
quit Deus eligere hunc mundum relictis perfectioribus. Ma-
jor inde patet, quod voluntas Dei perfectissima sit, proindeque
in bonum pro accurata illius mensura ferri debeat.

Responsio. Distinguo maj. Deus non potest minus bonum magis amare
amore æstimationis, quam majus bonum, con. maj. amore li-
beralitatis beneficentiæ, nego maj. et sic distincta minori nego conse-
quentiam. Si Deus minus bonum æstimaret præ majore, erroneum ha-
beret judicium, quod cum repugnet, repugnat etiam,
ut bonum pluribus perfectionibus ornatum alteri bono æstimatio-
ne præferat: minime vero repugnat, ut ex duobus bonis, qui omni-
no nullo indigeat, illud eligat, et actualis existentiæ beneficio ab alio
distinguat, cui pauciores insunt perfectiones. Neque id minuit vi-
res potest, omnia enim, ut habet Propheta, quasi nihilum
sunt in conspectu ejus.

Objectio 5ta. 136. Opponunt tandem, et urgent: Deus semper optimum
requirit: ergo mundus a Deo conditus est omnium possibi-
lium optimus.

Re-

Distinguunt Deum semper optimum sequitur hoc sensu, quod semper agat ratione summa, et modo perfectissimo, con. ant. hoc sensu quod effectus producat simpliciter, et absolute perfectos, neg. ant. et conseq.m Deus quidem perfectissime omnino agit, cum omne Divinæ voluntatis exercitium sit infinite perfectum. Agit etiam Deus ratione summa, quatenus scilicet perfectissimam suam rationem, et consilium sequitur, quæ illi dictant eligenda esse media ad finem consequendum aptissima. Dei ut tamen effectus simpliciter perfectissimos non producit, nam præter quam quod effectus ejusmodi non sint possibiles; Deus summam habet libertatem, ut producat quos velit — Responsio.

Caput II.

De Deo Conservatore, et Concursante.

Conservatio est actio Divina, quæ efficit, ut res creatæ existentiam continuent. Hinc conservatio est vera actio sufficiens continuatæ existentiæ rerum creatarum. Duplex porro conservatio hujus generis distinguitur, alia scilicet directa, et positiva, alia indirecta, et negativa. Directa, et positiva est, si ad earum Directionem necessario, et positivum illud Divinæ voluntatis decretum, cujus efficacitate res de nihilo conditæ, sunt, continentur. Directa, et negativa est si res a Deo conditæ nec destruuntur a causa, quæ destruat, quas eas Deus minime velit tolerat, nec aliunde existentiam ponit. Non admonere velit. Socinianis conservationem indirectam eo quomodo tanquam necessariam admittunt, nos contra illos statuimus — Quid conservatio, et quotuplex 137.

Egent res creatæ directa, et positiva Dei conservatione — Propositio prima.

31

in;

138. indiget, quae quidem conservatio [illegible] Deo quaedam
dici potest continuata quaedam creatio?

Pars prima prob. primo. Quodlibet ens creatum ad positivam Dei conservationem indiget, si ad existentiam continuatam requiritur, ut positivum illud divinae voluntatis decretum, cujus efficacitate res de nihilo condita erat, perseveret; atqui res ita se habet; ergo. Min. prob. si illi solo decreto voluntatis divinae, inest ratio sufficiens, cur [illegible] existentiam continuet; ergo ut creatura existentiam continuet necesse est ut positivum illud decretum [illegible]. Ant. prob. Quaecumque ratio sufficiens non inest in creatura, [illegible] conservatio; ergo in solo Dei decreto. Ant. prob. si dicta ratio sufficiens [illegible] inesset in ipso ente [illegible] [illegible] in essentia, vel in attributis: sed neutrum dici potest, non quidem in essentia, nam enim continuatio existentiae [illegible] creato [illegible] vel [illegible] substantia [illegible] Deo [illegible] potest [illegible] quod existentia [illegible] creati essentialis non est, cum [illegible], [illegible] necessitate [illegible] butis, cum enim absoluta in ipsa essentiam rationem ~~[illegible]~~ habeant sufficientem [illegible] consequenter. Ratio igitur sufficiens cur ens creatum existentiam continuet in ipso ente creato non inest, proinde quae in Deo inesse debet. Et vero [illegible] Deus vult nos [illegible] existere vel non vel [illegible] existentiam nostram [illegible] nostra [illegible] Deo [illegible] [illegible] non primum quidem quia si nos existere nollet Deus hodie certe non existeremus, non secundum, quia nulla in Deo [illegible] mutatio [illegible] potest; reliquum est igitur ut nos existere velit Deus sed velle, ut [illegible] apud Deum idem est [illegible]; hodierna igitur existentia nostra

dam positivae Dei actioni tribui debet.

Pars altera prob. Deus eadem, aut simili actione substantias a se distinctas creat, et conservat: ergo conservatio est positiva Dei operatio, quae potest continuata quaedam creatio dici. Ant. prob. Deus eo voluntatis actu substantias creat, quo vult, ut certo quodam tempore incipiant existere; quum enim Dei voluntas efficacissimae sit virtutis, omnia, quae operatur, per solam ejus voluntatem exeunt: sed Deus res creatas conservat pariter, quatenus vult, ut in existentia semel accepta continuent: ergo Deus eadem aut simili voluntatis actione creat, et conservat. Hinc monet Apostolus Act. 17. v. 28. in ipso vivimus, movemur et sumus.

Necesse igitur est, ut creaturae in nihilum abeant, ubi directa Dei conservatio cessat. Hinc annihilatio non aliqua actio ipsa non est, quam a positiva conservatione cessare. Unde sicuti vis creandi, et conservandi, sic etiam vis annihilandi soli Deo competere potest. Corol.

Contra primam propositionis partem ita fere opponunt: Supremi opificis sapientia, et potentia non satis commendari videntur, si creaturae directa, et positiva Dei conservatione indigere dicantur: ergo directa, et positiva Dei conservatio admittenda non est. Ant. prob. Artefacta humana positiva artificis actione non indigent, ut existere perseverent: ergo multo minus creaturae Dei omnipotentis indigere debent: sed hoc ipso supremi opificis sapientia, et potentia non satis commendari videntur, si creaturae positiva Dei conservatione indigere dicantur: ergo &c. Objectio prima. 139

Nego ant. et ad ejus prob. concessa ant. nego cons. et respondeo disparitatem Responsio. tum in eo sitam esse, quia artefacta ut talia permanent, quia tantummodo datur commixtio, et unio partium ab artifice [illegible] dantur, tollantur; quam in finem per Deus naturae auctor satis efficaces cau-

sas

quas in natura constituit, ut inertiam, cohaerentiam, quae eam mutationem tamdiu impediunt, donec vis fortior ab externo principio superveniat, quare multa artefacta etiamsi artifex iis curam non agat, diu supersunt. Ut ens creatum existentiam acceptam continuet, necesse est, ut extet hujus continuationis ratio sufficiens, quae in solo Deo contineri potest, qui cum sit causa effectiva, postquam [illegible] dedit esse, desinere non potest, nisi jugi influxu conservat, quod jam dedit, ut sic Christus Dominus testatur: Pater meus usque modo operatur, et ego operor: Joan. 5. 17.

Objectio nota 140

Adversus alteram propositionis partem hoc fieri solet, quod [illegible] solet: Res quae nondum existebant, per creationem existere incipiunt; res vero quae jam existunt per conservationem existere pergunt; ergo conservatio Dei non potest continuata creatio.

Respondeo

Concedo antecedens, nego consequentiam. Discrimen aliquod creationem inter et conservationem admittendum esse, creationem [illegible] non est [illegible]. Cum enim res creantur e nihilo educuntur; cum vero conservantur, jam existentes in existentia semel accepta detinentur; creatio tamen et conservatio ratione sui nequaquam differunt, una enim eademque divina [illegible] est actio, quae facit ut res primo existere incipiant et ut existentiam retineant. Item in Deo creatio et conservatio eadem aut simplex voluntatis actio sunt.

Quid concursus? 141.

privilegium habuit? Sed neque dici potest ex particulis materiae non cogitantibus corpus aliquod cogitans fieri posse, quaecumque enim ejusmodi partium dispositio sit, nihil in ea deprehenditur, quod cogitationem producere valeat: Et sane varia illa partium dispositio fieri non potest nisi per variam distantiam, contactum, motum, quietem, figuram etc. sed haec omnia nihil continent, quod cogitationem vel ullam producere possit, ut cuique patet: ergo etc.

Prob. 3tio. Anima humana est substantia, quae percipit ideas, inter se confert, earumque convenientiam vel disconvenientiam percipiendo judicat, quae denique ratiocinatur, libere vult etc. sed ejusmodi substantia simplex esse oportet: ergo etc. Min. prob. Si substantia quae dictas operationes exercet, simplex non esset, operationum istarum una in una, altera in altera componentium substantiarum parte reperiretur: sed id est absurdum; in ea enim hypothesi substantiae pars, quae in judicando occuparetur, iis de rebus judicium ferret, quarum notionibus careret, proindeque earum idearum convenientiam vel disconvenientiam perciperet, quin duae illae ideae ipsi repraesentatae sint, pars quae voluntate gauderet, amplecteretur quod bonum esse ignoraret, aversaretur quod malum esse non cognosceret: ergo etc. Atque hujus quidem argumenti tantam vim esse Baylius ipse confessus est, ut Geometricam demonstrationem appellare non dubitaverit.

Substantia cujus affectiones corporeae sunt, a corpore non distinguitur: atqui mentis humanae affectiones corporeae sunt: ergo etc. Objectio prima

Min. idea patet quod sensationes v. gr. ab ipso nervorum artificio non dimanant. experimentis enim constat nullum in mentem sen-

nem excitari, nisi commotio in externis corporis partibus fiat, et ad cerebrum usque nervorum ope perducatur, unde posita nervorum mutatione, sensationes nascuntur, sublata tolluntur, mutata mutantur q. sensationes igitur a nervorum dispositione non distinguendae, proindeque materiales [illegible]

Responsio. Neque enim eam difficultatem puto. Propter arctissimum vinculum, quod corpus inter et animam intercedit, non diffitemur a se invicem eas plurimum pendere; non inde tamen inferri potest affectiones animae corporeas esse, neque illas sensationes a mechanica nervorum dispositione non esse distinctas. Tunc enim sensus ex. gr. doloris impressio, quam ad manum, aut pedem referimus, vel in communi nervorum origine, id est in cerebro, vel in externis nervorum partibus resideret; sed neutrum dici potest; et quidem non primum, impressio enim ibi non existit, ubi non sentitur, sed non sentitur in cerebro ut experientia constat; sensatio igitur doloris non sentitur in cerebro ~~ut experientia constat~~ sed neque sentitur in externis nervorum partibus tum quia partes totae a corporibus circumjectis comminui possunt, quin ulla sensatio excitetur, ut a paralyticis contingere experientia testatur, tum quia sensationes aliquando experiri possumus, quin existant externae illae corporis partes, ad quas sensationes ipsas referimus, ut cum homo cui manus amputata sit manus, ad [illegible] doloris sensum refert. Sensationes igitur neque in externis nervorum partibus resident, proindeque in substantia quadam simplici, hoc est in anima resideant necesse est.

Objectio IX.

10\. Ut tuto affirmare possemus, materiam cogitare non posse, omnes naturae proprietates cognitas habere deberemus: sed nemo proprietates omnes materiae novit: ergo &c. Maj. prob. inter occultas materiae proprietates

prietates locum fortasse habet etiam vis cogitandi: ergo &c.

Nego maj.; ad illius prob. nego ant. Quamvis omnes materiae proprieta- Responsio.
tes non cognoscamus, eam tamen cogitare non posse certissime affirmamus: id si enim certe est, si inter cogitationem, et cognitas materiae proprietates manifestam repugnantiam percipiamus, quae repugnantiam tamen necessario cognoscimus; namque ex una parte sensus intimus nos docet, cogitationem esse aliquid simplex, et indivisibile; ex altera vero parte idea materiae eam nobis exhibet, ut aliquid compositum, et divisibile. Vis igitur cogitandi inter cognitas materiae proprietates locum habere non potest: proindeque sapienter a materia cogitationem excludimus.

Anima easdem habet modificationes, ac corpus; pro variis enim corporis Instantia.
motibus, et affectibus varias concipit cogitationes: ergo cogitatio potest esse modificatio materiae. Ant. prob. Anima laeso corpore laeditur: illius igitur operationes sunt modificationes materiae.

Nego ant. ad illius prob. distin. ant. Anima laeso corpore laeditur, sed Responsio.
diverso modo, esto ant. eodem modo nego ant. et conseq.tam Imprimis itaque dico, animam quidem pro variis corporis motibus, varias modificationes recipere; ita pro varia oculorum commotione varios colores, pro vario aurium pulsu varios sonos percipit; non tamen anima easdem habet ac corpus modificationes; modificatio enim corporis est motus, figura, et c.; quas quidem modificationes a cogitatione longe diversas esse ostendimus. Tum dicitur corpus eatenus laedi, quatenus nexus partium corporis, aut dissolvitur, aut vehementius impellitur; anima vero laeditur, quatenus ex occasione corporis laesi, pro legibus conjunctionis gravis, et molesta sensatio, ac cruciatus. Dixi esto ant. quia nonnunquam anima in rei alicujus contemplatione sic defixa haeret, ut laeso corpore nullum sen-

tiat

sunt solvendae

Objectio 2da: In anima humana recipiuntur cogitationes compositae, quales sunt ideae corporum: ergo ea ipsa aliquid compositi esse debet. Accedit quod anima cum corpore ipso unitur, in eoque veluti forma in subjecto extenso, ac divisibili recipitur, quod quidem a simplici esse intelligi nequaquam potest qua ratione fiat: ergo &c.

11

Respondeo. Ad primum nego ant. nulla enim in mente nostra cogitatio, nulla idea eo modo composita recipitur, quae scilicet variis constet partibus a se invicem distinctis, et extra se existentibus, ut ab adversariis supponitur; alioquin ut corpora, ita et ideae quadratae, rotundae, cubicae essent admittendae, quod absurdissimum est. Hac duplici retorsione allata objectio dilui potest. Primum retorquendo dicimus: in mente nostra percipiuntur cogitationes simplices: ergo simplex esse debet. Deinde in Deo etiam recipiuntur cogitationes compositae, quales sunt ideae corporum: ergo Deus etiam compositus esse dicendus: quod tamen Materialistarum nemo asserere audebit.

Ad alterum quod attinet, reponimus, nos quidem minime modum corporis inter et animae nexus non posse invenire; argumenta a nostra ignorantia desumpta quaenam contra certam veritatem pondus habere possunt? Anima ita recipitur in corpore, ut ab eo in existendo non pendeat; est quippe anima forma substantialis et per se existens, quae a corpore nulla ratione pendere potest in existendo; non enim ipsa ea ratione recipitur in corpore, qua aliae formae accidentales in suis subjectis, a quibus ita pendent, ut inde separatae perirent. Quare anima ea tantum ratione corporis forma est, quatenus eidem dominatur, illud regit, eoque tamquam instrumento ad res externas percipiendas et motus spontaneos exercendos utitur. Ex hac igitur unione nihil prorsus contra simplicitatem animae inferri potest.

Materia ne divinitus quidem cogitare potest. Propositio 4ta.

Prob. Si materia supernaturaliter ad cogitandum elevari posset, vis haec 12.
materiae vel essentialis, vel accidentalis foret: sed neutrum dici potest: ergo
q. Min. prob. quoad 1mam partem: Essentiae rerum immutabiles sunt, ut
in Ontologia ostensum est: ergo nihil illis addi potest; proindeque cogi-
tandi facultas, quae sit essentialis materiae, tribui non potest. Et vero materiam
non modo hac facultate carentem concipimus, imo vero hac facultate
donatam concipere nequimus. materiae igitur essentialis esse non potest.
Eadem minor quoad alteram partem prob. Vis cogitandi separari potest a
materia; sed repugnat ut vis haec velut accidens physicum inhaereat sub-
stantiae, tanquam subjecto, a quo separari queat: ergo vis cogitandi ac-
cidentalis esse non potest. Deinde vis cogitandi est vera facultas agendi;
sed accidenti facultas agendi non competit, cum omne id quod agit sit sub-
stantia, et determinationes accidentis sint determinationes substantiae cui
inhaeret. ergo q.

Etsi materia naturalem cogitandi facultatem in se non habeat, Objectio.
potest saltem omnipotentia sua Deus materiam ad supernaturalem cogitan- 13.
di facultatem elevare: nonne enim impotens esset, qui Deo omnipoten-
ti diceret; tu mundum universum e nihilo eduxisti, tu quidquid
mirum in natura vides, aut concipio effecisti; at materiali substantiae
vel minutissimae, vel perfectissime organis instructae vim cogitandi confer-
re non potes: ergo q.

Cum porro Dei omnipotentia ad impossibilia non extendatur, non Responsio.
magis Deus materiae cogitandi facultatem tribuere potest, quam circ-
ulo quadrati proprietates. Materiae vim cogitandi competere non
posse jam supra ostendimus: non est igitur absurdum, aut impotens

Deo

Deo dicere, omnipotentiae ejus materiae cogitationem tribuere non posse.

Scholion. Sed jam alia hic nunc nobis offert quaestio, in qua definienda non omnes conveniunt. Quaerunt namque Philosophi in quo essentia animae humanae sit reponenda, et utrum illa essentialiter perindeque perpetuo cogitet. Cartesiani mentis humanae essentiam in cogitatione sitam esse contendunt, eamque semper et perpetuo cogitare affirmant. Nonnulli potius cogitandi facultatem, minime vero cogitationem ipsam ad essentiam mentis pertinere arbitrantur. Non desunt qui nihil certi in ea re, quae nimium obscura est, definiri posse affirmant. Nos a longioribus disputationibus abstinentes ut paucis ostendimus, quod nobis verosimilius esse videtur. [illegible]

Propositio 5ta. 14.

Essentiam animae humanae in cogitandi facultate sitam esse, eamdemque animam nunquam omni cogitatione carere, verisimillimum est.

Pars prima prob. Si in quo essentia cujusque consistit, quod primo in eo concipitur, et ex quo caetera, quae ei conveniunt, promanant: sed istud in anima vis cogitandi est: ergo &c. Et enim de sensationibus, imaginatione, memoria, attentione, reflexione, abstractione et dubitatione nullum esse potest, nisi ex cogitandi vi proveniat. Cum vero appetitus quoque, et aversatio ex objecti specie boni aut mali oriatur, has etiam facultates, atque adeo voluntatem quoque, et voluntatem ex eadem vi dimanare colligitur: est ergo haec vis primum illud, quod in anima concipitur, et unde caeterorum, quae ei insunt, vel inesse possunt, ratio redditur, haec est animae essentia.

Pars altera prob. Si ea vitae omnium conversione continentem quamque animi actionem comprehendit; sicut vera vitam animalium corporibus, et

[illegible]

plantibus, non iisdem lapidibus tribuimus, sed vis animae humanae nunquam quiescit, ergo continenter agat, cogitetque necesse est. Deinde non videtur unquam omne cogitationis objectum animae deesse; nam et ipsa sibi objectum est, potestque suam existentiam sentire, et motiones cerebri, quas, atque num, quae externa objecta percipit, continenter efficientur: atqui ut vis cogitandi praesente cogitationis objecto non agat verisimile prorsus non est; neque enim aliud impedimentum cogitationi potest: verisimillimum ergo est, animam nostram nunquam omni cogitatione carere. Quare neque ab infantium in utero materno delitescentium, neque ab hominum profunde dormientium animis humanam omnino cogitationem abesse censendum est

Adversus istam propositionis partem acriter iam Lockius opposuerat, et multa protulit, quorum praecipua haec sunt. Primo videri concipi negavit, quomodo quis cogitare possit, quin se cogitare sentiat. Deinde si animam Castoris, inquit, in somno cogitet, quin tamen Castor se cogitare sciat, est Castor dormiens alius homo a Castore vigilante; neque enim vigilans recordabitur eorum, quae dormiens cogitabit, atque adeo non judicabit ea ad se pertinere; hoc autem conscientiae identitatem personae constituit, quod alibi de priori ratione probare nititur. Tertio denique negat Lockius impossibile videri, ut anima in profundo somno cogitet, et in eo etiam, quo evigilat momento, non recordetur. Objectio 15.

His tamen omnibus respondet Leibnitius; et ad primum quod attinet, inquit nos saepe ad res quamplurimas simul percipiendas, non tamen attendere in cogitationibus illis, quae jam satis clarae et distinctae sunt, ita enim commoti maris murmur percipimus, singularum quidem undarum murmur percipimus, nec tamen ejus perceptionis nobis conscii sumus Responsio.

ad

tiâ alterum facultatibus respondeat, multo tamen contingere, ut quis post longum temporis intervallum, vel majorem aliquam aetatis mutationem generali omnium praeteritorum oblivione capiatur; annon propterea alius erit homo, alia persona?

Quod postremo loco opponebatur facultatibus resolvit ajendo, simile quid nobis quotidie vigilantibus accidere; diversissima enim saepe objecta tum oculos, tum aures, aliosque sensus simul afficiunt; animus autem unicuique alteri contemplando intentus horum omnium sensationum ratio minima capitur est; donec tandem impressio quaedam fortior evadat, et mentem in attentionem rapiat. Quid ita etiam fit, ut somniorum, quae nos habuisse certo scimus, non amplius recordemur? Quotus nostrum somniorum meminimus? Nonne etiam eorum, quae in infantia experimur, sine ulla nobis memoria supersunt? an ideo dicendum erit animam tanto tempore in corpore otiosam fuisse?

Scholion. Illud tamen hic quaeri posset, utrum eundem speciei anima in omnibus hominibus insit. Hac super re nos parum definiendum, sed tam aliam rationem diversis hominibus diversae speciei animas tribuendi. Propensiones quidem et habilitates diversas in hominibus observamus; at diversum istud ex diversa corporum constitutione, educatione, aliisque ejusmodi capitibus provenire potest; inde certe in uno eodemque homine diversis temporibus diversae animi inclinationes, et habilitates provenire solent.

Caput 2.

De origine animae …

[illegible] Animarum origine innumerabiles, et absurdissimae fuerunt Philosophorum veterum opiniones. Nos praecipuas recensebimus, quae

qua breviori quo fieri poterit sermone expediemus; inde vero sen- quaer.
tentiam, quae nobis verior apparet, exponemus. Imprimis itaque [illegible] 16.
[illegible], et Pythagoras de mentis nostrae ortu impia prorsus senserunt;
Hic enim, teste Tullio, docuit mentem humanam esse ipsum Deum
per omnia diffusum, animosque nostros a corporis morte rursus eidem,
a quo prius decerpti fuissent, conjungendos. Idem docuit etiam Pythago-
ras, Tullio ipso fatente; quippe hanc doctrinam Manichaei quoque ex pro-
fesso aiunt, ut de illis testatur Augustinus. Simile quid de Priscillianistis
scribit Divus Hieronymus. Et denique ex postremis hisce temporibus Spi-
noza [illegible]
istorum [illegible]. Quos refellendos sic puto.

Anima humana neque Deus est, neque Dei pars. Propositio prima. 17.

Pars prior prob. Si anima humana foret ipse Deus omnia penetr-
ans, foret etiam omniscia, maxime ideas suas, et distincte haberet, fo-
ret etiam immunis ab omni miseria, et peccato, una denique in sin-
gulis hominibus foret: sed haec omnia falsa sunt teste fide, et experi-
entia: ergo etc. Et vero si mens humana, dum ponitur indistincta a Deo,
non foret omniscia a peccatis, et miseriis immunis tunc Deus utpote
ab anima humana minime distinctus foret rerum ignorans, peccatis
plenus, miseriis atque aerumnis afflictus; quae haec repugnant enti infini-
te perfecto: ergo etc.

Altera prob. Si anima foret ipsius Dei pars, inde sequeretur, ut
habet Tullius l. 1. de nat. Deor. c. 11 distractione humanorum animorum
discerpi, et lacerari Deum, et cum miseri animi essent, quod plerisque
contingeret, tum Dei partem esse miseram, quod fieri non potest. Ig-
tur

animamque Dei partem esse putavit. Confutavit hoc deinde valide Augustinus ad S. Hieronymum ep. 166. = non est pars Dei anima, inquit; si enim hoc esset, omni modo incommutabilis atque incorruptibilis esset: quod si esset, nec deficeret in deterius, nec proficeret in melius, nec aliquid in semetipsa vel inciperet habere, quod non habebat, vel desineret habere quod habebat, quantum ad ejus ipsius affectiones pertinet. Quam vero aliter se habeat, non opus est extrinsecus testimonio, quisquis semetipsum advertit, agnoscit =.

Quæ sententia Platonis?

Plato censebat, universas animas particulas esse non quidem substantiæ Dei, sed animæ universi, sive mundanæ; ut quemadmodum humanum corpus corporis universi pars est, ita animus humanus sit una veluti portio animæ illius, quæ universum perficit. Existimabat deinde singulas conditas ab ipso mundi exordio [illegible] creatas, a totidem astris collocatas fuisse; deinde vero lapsu temporis demissas in corpora humana propter delicta, quæ commiserant. Quod si recte vivendi curriculum a natura datum confecerint, eas in illud astrum, cui accommodatæ fuerint, reversas beatam vitam acturas esse putabat; si vero resipiscendi finem non fecerint, easdem mutato [illegible] in mulieris corpus, et denique pro delictorum ratione in brutorum etiam naturam aliis mutationibus similibus permutari censebat.

Propositio 19a.

Animæ humanæ neque sunt particulæ aut [illegible] animæ mundi decerptæ, neque ante corpora conditæ, nec [illegible] quæ in hoc et naturam [illegible] detrusæ fuerunt.

Pars prima probatur ex eo quod [illegible] unica sit anima illa generalis, quæ mundum totum informaret, et ex qua dis[illegible], et

avulsae mentes humanae dicuntur. Et tamen admissa hujusmodi ani-
mae unione vel spiritualis esset vel corporea; si spiritualis, jam [illegible]
nihil ab ea decerpi potest; si corporea, jam anima humana quia spi-
ritualis est, pars ab anima universi avulsa esse non potest.

Pars altera prob. Et quidem animas ante corpora extitisse sen-
tentia est, quae nulla ratione idonea nititur: nec indignum Philoso-
pho, aliquid sine ratione sufficiente asserere: ergo etc. Deinde si animae an-
te corpora extitissent, cur earum quae tunc gessimus, nulla prorsus memoria
manet? Ego certe, inquit Tullius, non commemini, antequam sum na-
tus, me miserum. Tu si meliore memoria es, velim scire ecquid de
te recordere. Denique in hac hypothesi omnium animarum eadem uti-
que foret ratio; atqui ex indubitata, eaque [illegible]
secundum unanimem SS. PP. ac Theologorum interpretationem, anima
Adae creata non est nisi formato jam corpore: Formavit igitur Domi-
nus Deus hominem de limo terrae, et inspiravit in faciem ejus spi-
raculum vitae, et factus est homo in animam viventem. Quod igitur
de prima anima dicitur, id procul dubio ad omnes alias applicandum
est, praeterquam quod haec Origenis opinio, tum ab Imperatore
Justiniano, tum a summo Pontifice Anastasio, et denique etiam a conci-
lio quinto Oecumenico, quod erat Constantinopolitanum secundum, damnata fu-
fuit [illegible]

Tertia propositionis pars prob. jam ex secunda; nam si ani-
mae ante corpora non extiterunt, nulla crimina committe-
re potuerunt, propterea in corpora velut in carceres, ut volunt Orige-
nes, detrudi potuerunt.

Hinc apparet absurdissimum delirium Metempsychosis [illegible]
seu

seu transmigrationem animarum de uno corpore in aliud, et aliquan-
do etiam in corpora bellurina, ut commentus est Plato, et Pythagoras, qui
dicere solebat, se primum fuisse Aethaliden Mercurii filium, dein
Euphorbum, postea Hermotimum, tum piscatorem quemdam Delium no-
mine Pyrrhum, ac denique Pythagoram. Imprimis enim figmen-
tum istud nullo prorsus fundamento innititur, deinde vero orthodoxae fidei
aperte adversatur. Namque ex divina fide certum est, mortuos omnes ali-
quando in vitam revocandos, singulasque animas suo in corpore ge-
sturas poenam sceleribus propriis, aut praemia percepturas: Quod si au-
tem istud locum habet, quaenam ex tot corporibus suum induet tandem illa
Pythagorae anima?

Quae sententia Leibnitii? 20. Leibnitius existimavit, animas omnes tam hominum, quam ani-
malium aliorum in parentum semine regrediendo usque, usque ad
Adamum in hominibus, et ad primum animantium individua in sin-
gulis continuari, atque adeo ipsas simul cum mundo conditas, et ab ipsa
origine in organico quodam corpusculo, velut inclusas fuisse. Nos in-
fertur contra illam sic statuimus.

Propositio 3tia. 21. Opinio Leibnitii de praeexistentia animarum in or-
ganico quodam corpusculo retineri non potest.

Prob. Et primo quidem praeexistentia haec animarum in corpori-
bus organicis mera est assertio, quae nullo prorsus fundamento inni-
titur. Deinde non apparet satis, ob quam causam tot annorum millibus in
id genus corpusculis exstiterint, in quibus nullam exhibent vitam, nec
[illegible], continuoque perceptionem obtinere possunt.

Quae sententia Tertulliani? 2 Tertullianus, Apollinaris, aliique, quos refert Divus Hieronymus, o-
pinati sunt parentibus in filios per ipsam generationem transfundi ani-

debent; atque hoc illustrabant exemplo facis, cujus lumine lu- 22
men aliud accenditur sine ullo prioris detrimento.

Anima ex parentibus in filios per generationem ipsam non propagatur. — Propositio 4ta 23

Prob. Si anima ex Parentibus in filios per generationem ipsam transmittitur, traductio illa, vel fieret ex corpore parentum, vel ex anima; nec neutrum dici potest. ergo &c. Et quidem non ex corpore parentum, quippe ex composito ens simplex oriri non potest, ut in Ontologia dictum est; non ex anima: similiter enim repugnat ex ente simplici aliud ens simplex oriri, ut in Ontologia probatum. Et certe quo pacto ex substantia animae parentum propagari mens humana posset. Numquid tota parentum anima in filios transit? At ergo statim anima penitus orbarentur parentes, nec plures generare possent filios mente intelligente. Numquid pars animae parentum in filiis permaneat? Mens igitur humana dividi potest, ac distrahi, proindeque corporea foret, quod absurdissimum est.

Ultima denique et sanior sententia, in qua ceteri omnes conveniunt, est, animas humanas singulas tum a Deo creari singulisque corporibus infundi, cum hac in utero materno ad functiones vitales perficiendas apta efficiuntur, quod juxta communem sententiam quadraginta post conceptum fere diebus circiter evenit. — Quae sit vera sententia communis? 24.

Verisimillimum est animas humanas tunc a Deo creari, corporibusque infundi, cum tamen organa ad vitae munera obeunda satis idonea sunt. — Propositio 5ta. 25.

Prob. Illud verisimillimum, cum quovis anima humana fieri judicamusque quod cum pura factum fuisse novimus: atqui jam et c. atum, et
con-

continuo cum corpore ad obeundas actiones vitales ipsius aptum coniun-
ctum fuerit creatur: ergo hanc creationem animae humanae
sententiam esse probabilissimam concludimus. Porro anima nostra ante cor-
pus humanum non extitit: ergo cum corpore: sed corpus humanum
antequam vere tamen dici non potest, nisi cum ejus organa actionibus
vitae peragendis sufficiunt: ergo etc. Denique cum post quaedam cor-
poris destructio, ita ut actiones vitales perficere nequeant, anima ab
illo recedit: ergo etiam anima ad corpus accedit, cum in illo actio-
nes vitales obiri incipiunt.

Caput 3.

De commercio animae cum corpore, atque de ejus sede.

Quid commercium? 26. Commercii nomine animam inter et corpus venit mutua il-
la, et mira consensio, qua fit, ut positis quibusdam in corporis im-
pressionibus et motionibus, quaedam in animo sensationes, cogitationesque
excitentur; et vicissim positis quibusdam in animo cogitationibus, quae-
dam in corpore motus, et concussiones quaedam oriantur. Sic vehe-
mentiore animi fervore, et concitatione in corpus ipsum redundat, e-
jusque humores, et sanguinem majorem in modum perturbat,
et vicissim cum languore aliquo morbove corpus est impeditum,
aegritudo quaedam et molestia in anima quoque emergit.

Scholion. Existere commercium istud animam inter et corpus, res est tam
evidenti experientia confirmata, ut ii solum eam inficientur, qui
omnino negant. At si de ratione agatur, qua mirabilis haec ani-
mae corporisque societas peragitur, quaestio est perobscura, nec o-
mnino proclivis, nec facilem habet explicationem. Tria sunt celebriora sy-

ste:

stemata, quibus Philosophi rem hanc explicare conati sunt.

Inter celebriora itaque systemata primum est systema causarum occasionalium, quod a Cartesio inductum, illudque illustravit deinde et munivit Malebranchius defendit. In eo autem situm est, quod Deus statim certas leges sibi libere praestitutas, occasione impressionum quae in motum in organis sensoriis ab objectis externis factarum sensationes, et cogitationes in anima efficiat, et quasvis volitiones animae respondentes quosdam in corpore motus producat. Hypothesis haec vocatur systema causarum occasionalium, quod mutationes corporis nonnisi occasionem Deo praebeant certas ideas animae imprimendi, et vicissim affectiones animae occasionem certos in corpore motus efficiendi. Systema adsistentiae appellari etiam consuevit, quod juxta illud corporis et animae commercium in solius Dei utrique constanter adsistentis actionibus consistat.

Quae celebriora systemata? 27.

Alterum dicitur systema harmoniae praestabilitae, quod a Leibnitio inventum a Wolfio fuit postea illustratum. In hoc systemate anima et corpus duo sunt automata, sed diversi generis; alterum nempe spirituale, alterum vero materiale. Hinc prima juxta Leibnitium ingenita sibi efficacitate suas omnes perceptiones, atque appetitiones serie nunquam interrupta efficit, ita ut in statu mentis antecedente sua pro ratio sufficiens consequentis contineatur, quo fit ut in primo animae creatae statu omnes reliqui, quos per totam aeternitatem habitura est, quomodo includantur, quin ullo modo ab impulsionibus in organa sensuum factis, aut a motionibus cerebri dependeat, unde eas omnes sensationes, quas in nobis nascentes habuimus, etiam si nullum corpus haberemus. Sic juxta eumdem corporis motiones omnes ex sola ejusmodi structura mechanica proveniunt, quin ad eas quidquam anima conferat. Unde et habet Wolfius Archimedis tam nobilia inventa, qui-

bus

ars Geometriam didicerit, in libris suis exposuerit, utrosque singulos, eodem quo scripti sunt modo exprimat, etiamsi illi nulla insit anima. Ut autem explicant Philosophi isti, qua ratione fiat, ut duo hæc automata, quorum alterum ab altero non pendet, simul tamen ita conspirent suis in actionibus, ut ex. gr. eadem commotione recurrente in corporis sensuum organis, constanter eadem perceptio in anima quoque nascatur; ad peculiarem Dei Providentiam recurrunt. Deus nimirum, inquiunt, priusquam dissimiles has naturas conjungeret, præpovit seriem mutationum affectionumque tam in anima quam in corpore futurarum: unde cujus animæ conveniens corpus conjunxit; in quo videlicet series motionum accurate semper cum actionum illius serie congruat: atque propterea harmoniam hanc præstabilitam esse affirmant.

Tertium denique systema est causarum efficientium, sive ut loquendi consuetudo obtinuit systema influxus physici dictum. Systematis hujus defensores docent animam et corpus naturas cæteroquin disjunctas, arcto quodam vinculo inter se copulari; ita ut alterum in alterum vere atque efficienter influat, ita nimirum ut factis in organa sensuum impressionibus, nervorumque ope ad cerebrum usque propagatis determinetur mens ad efformandas rerum notiones; et vicissim orta in anima cujuspiam membri commovendi voluntate, illico impellantur nervi, voluntariique motus in eo efficiantur. Jam his expositis videamus, quid sentiendum sit.

Propositio prima 11

§ 128.

Systema influxus physici aptissimum est ad explicandum commercium animæ et corporis; proindeque illud magna cum probabilitate defendi potest.

Prob.

Prob. Systema quod determinat rationem sufficientem, quae est in corpore de quibusdam animae perceptionibus, et quae est in anima de quibusdam corporis motibus ad explicandum commercium optimum est. sed id praestat systema influxus physici ergo q. Min. prob. Systema influxus physici statuit rationem sufficientem quarumdam animae perceptionum in motibus corporis, et quorumdam corporis motuum in volitionibus animae, vere contrarii: sed res ita se habet: ergo systema hoc q. Min. prob. Quo posito aliquid ponitur, illud ejus ratio sufficiens est, ut habet Wolfius ipse Ont. sec. 129. atqui posito in organis nerveis corporis motu, ponitur repraesentatio in anima, et sublato motu tollitur repraesentatio, item posito voluntatis imperio aliquandiu, ponitur motus voluntarius in corpore: ergo q. motus in organis nerveis corporis est ratio sufficiens repraesentationis in anima, et imperium voluntatis, ejusque nisus est ratio sufficiens motuum in corpore. porro denique res ita se habet, sicuti systema influxus physici statuit, Rog. Wolfius admittit, et certissima esse debent, ne nos cum Philosophia omnis evanescant, haec enim negare possumus solum esse certam lucis, quam in viis lucem colorum; quod absurdissimum esset. Prin. a nullo sanae mentis negari potest. Systema igitur influxus physici q.

Accedit quod in hoc systemate nulla repugnantia nulla impossibilitas ostendi possit; neque enim repugnat dicta ratione corpus in animum, et animam in corpus agere. quin imo in hoc solo systemate intelligi potest mentem corpori vere unitam dici, realem et mutuam inter corpus et animam dependentiam intercedere, quae omnia sufficiunt, ut systema istud magna cum probabilitate defendi possit a Philosophis [illegible]

Objectio prima 29. Recte vero opponit Wolfius, et inquit systematis [illegible] neque nullum alium nisi qui dicit animam in corpus, et hoc in illam agere mutuae actionis hujus modum ignorat, ille affirmat mutationes in corpore, et anima coexistere, quia coexistunt; nullam namque aliam talis mutuae actionis ideam habet, quam quae coexistentiae mutationum in corpore, et anima respondet.

Responsio. Tametsi mutuae actionis modum penitus ignoramus, quod tamen falsum esse ea respondet, patet nihilominus fallitur Wolfius, cum putat nobis hanc duo idem omnino [illegible] agere in corpus et [illegible] et mutationes in corpore et anima coexistere; Diversam quippe hanc notionem habemus, [illegible] causam et effectus, coexistentiam mutationum in corpore et animae affectionem [illegible], cujus causa actio intelligitur, quia duas easque diversas ideas habemus, quarum una causae, altera effectui [illegible].

Objectio 2da 30. Opponunt illi experientiam hanc naturam non probare, nisi concedamus, ex animae in corpus et corporis in animam [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], cui nihil est [illegible] in corpore [illegible], et [illegible] corpore [illegible] [illegible] quaerat ergo.

Responsio. Cum corpus [illegible] agere [illegible] influxu contendamus, [illegible] qui sit inquirere oportet, [illegible], quod [illegible] influat in mentem [illegible] intelligimus [illegible]; [illegible] commotionibus cerebri [illegible] et repraesentationes [illegible] minime vere ideas [illegible] a corpore in mentem [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] mentes, [illegible] [illegible], non est putandum [illegible] impartiri; sed vim quae corporis elementis insita est, excitare, et quo

quodam modo determinare, ut motus dumtaxat in iis partibus corporis
excipiantur. Sed quoniam neque mentis indolem neque corporis nostri
structuram intime perspicimus; idcirco in iis explicandis non possu-
mus [illegible]

Substantia simplex, qualis est anima agere non potest in substan- Objectio 3tia.
tiam extensam, qualis est corpus. ergo &c. Lat. prob. inter causam, 31.
et effectum proportio quaedam intercedere debet: sed inter vires ani-
mae, et inter motiones corporeas nulla intercedit proportio. ergo &c.
Accedit quod anima nervorum musculorumque structuram in corpore
nostro ignorat: non potest igitur corporis nostri machinam ad varios
motus determinare, ut ad incedendum, loquendum &c.

Nego ant. Ad illius prob. dist. maj. inter causam et effectum Responsio.
intercedere debet proportio quaedam geometrica, si causis majori conatui
contentioni major, minori minor effectus certa ratione respondeat, con.
maj. debet intercedere proportio, si causa et effectus ejusdem sint
generis aut speciei, nego maj. et sic dist. min. min. nego consequentiam.
Itaque vox proportionis apud adversarios significat comparationem dua-
rum rerum, quae ejusdem sunt speciei, fatemur nullam inter animam
et corpus intercedere proportionem. Sed quis contendet inter quamvis
causam et effectum ejusmodi proportionem haberi debere? si res
ita se haberet, ne ipse quidem Deus in creaturas agere posset.
Sufficit igitur proportionis vocabulo non aliam notionem subjectam esse,
quam aptitudinem ad mutationem in alio efficiendam, quae
majori vel minori contentioni respondeat.

Ad alterum quod adjiciebatur respondeo distinguendo ant. Anima i-
gnorat &c. ipso tamen usu comparatum habet, certas motiones cum
mo-

motiones consequi solere, prout ipse se huc, aut illuc convertit, cum aliter nego ant. et conseq.tum (quaeras an. g. quae sit interna artificiosi cujuspiam fontis salientis structura; si tamen non ipse didiceris, an hanc, jam illam structuram copiosas aquas egesturam, modo hunc, aut illum orbiculum pede premas; profecto in tua erit potestate, ut hinc, aut illinc aqua erumpat. Sic animus etiam corporis nostri machinam regere potest, licet illius structuram penitus perspectam non habeat.

Objectio 9na. 32. Admissa corporis in animam nostram actione, anima in cogitando pendet a corpore: sed hoc dici nequit sine ejusdem immortalitatis discrimine. ergo q. Min. prob. si anima in cogitando ita pendet a corpore, separata a corpore ipsa cogitare non posse videtur, ideoque nec vivere: ergo; sed et simplicitati mentis humanae non leve incommodum in hac sententia importari videtur; si anim. corporis determinat animam ad ideas suas informandas, id aliter fieri posse non intelligitur, quam per quandam materialem mutationem; haec autem cum in alio sita esse non possit, quam in motu aliquo intestino, qui nonnisi in ente composito locum habet, manifeste sequitur, in hac sententia animae simplicitatem sartam servari non posse

Responsio. Distin. maj. Admissa corporis in animam nostram actione, anima in cogitando pendet a corpore dependentia quadam accidentali, con. maj. dependentia quadam essentiali nego maj. et sic distin. min. nego conseq. Dependentia animae a corpore non ex ipsius animae natura, et interna constitutione est repetenda, quasi anima sine corpore nulla ratione cogitare posset

sed

sed ex contingente illius unione cum corpore, quae a solo divinae vo-
luntatis arbitrio pendet, neque ad animae naturam ullo modo per-
tinet. Sane qui ita arguit, illi similis videri potest, qui putet se in
aperto campo solem non videre, quod fenestris careat, per quas an-
tea in cubiculo constitutus eum aspexerat.

Quod autem ad simplicitatem attinet, etsi in ente simplici non dan-
tur partes, quae commoveri aut varia ratione disponi possint; aliae ta-
men sunt mutationes in ipso possibiles. Nonne enim perceptiones, et
appetitiones animae etiam in systemate harmoniae praestabilitae sunt
verae, ac internae ejus mutationes? Si igitur ab his anima determi-
nari dicatur, salva est ejusdem simplicitas.

Tria porro sunt humanae speciei munera, vivere scilicet, sentire, et cogitare. Ex triplici illo munere, quod vitam vegetativam sensitivam, et intellectualem nuncupamus, primum puro mechanismo perficitur, duo altera ad unam eandemque animam pertinent. His ita expositis, ut animae rationem statuamus notiones quaedam sunt praemittendae. Scholion.

Cerebrum est substantia quaedam mollis, quae cranio quasi cancellis continetur. Est autem substantia haec figurae globosae, inaequalis, rugosa, et variis sulcis perfusa. Involvitur duabus membranis, quae meninges, seu matres vocantur. Earum altera dura mater dicitur, estque membrana nervosa, densa ac valida, immediate sub cranio posita. Altera pia mater vocatur, quae tenuior est membrana quaedam vasis sanguineis copiosis repleta, et totum cerebrum gyrosque eorum circumambiens. Dividitur porro cerebrum in cerebrum stricte ita appellatum, et in cerebellum. Cerebrum proprie dictum, quod est pars antica totius cerebri, dividitur in duo quasi hemisphaeria, dextrum, et sinistrum.

Quid cerebrum ejusque partes? 33

in

in hujus cerebri intima parte, quae medullaris dicitur, quatuor sunt in-
signes cavitates, seu ventriculi in quorum uno occipit vermis contine-
tur glandula quaedam, quae glandula pinealis, et conarium dicitur, a-
quia cono simillima est. Ea denique in cerebro proprie dicto notanda
quoque pars est, quae corpus callosum nuncupatur. Haec porro
aliud non est, quam lamina quaedam illius partis, quae [illegible]
ponitur inter duo ipsius cerebri hemisphaeria simul quodammodo jungit.
Cerebellum denique est tota cerebri pars postica figurae globosae, quae
quemadmodum cerebrum, ejusque superficies variis sulcis distinguitur.

Quid medulla oblongata, et spinalis? 34. Medulla oblongata nullam affinitatem habet cum cerebro; est enim
substantia inferior cerebri, et cerebelli, ~~[illegible]~~ in
eandem quasi coalita. Tota medullaris est, sed paulo durior quam
sit substantia cerebri, et cerebelli, licet non aliud pro sit, nisi utrius-
que propago. Medulla spinalis ad cerebrum pertinet, atque produ-
ctio medullae oblongatae intra cavitatem vertebrarum spinae dorsi
[illegible] propriis [illegible]

112. Propositio 2da. 35. Anima non in toto corpore, sed in solo cerebro [illegible]
[illegible]

Prob. In ea sola corporis parte animam residere dicendum est, quae
sola corporis pars est, in qua anima immediate operatur, et sentit;
atqui anima immediate agit in [illegible] in cerebro sentit: ergo et
Prim. prob. ex eo, quod solo cerebro vitiato, quamvis caetera membra sa-
na remaneant, omnium tamen sensus amittatur. Hinc apoplexia
correpti, velut invisibili fulmine percussi, omni sensu privantur, ita ut
oculis compunctis, aut corpore etiam dissecto nihil sentiant, obstructis
scilicet cerebri poris, vel compressis nervis nimio humore pingui, vel

ra;

tenaces, vel [illegible] copia, impedito [illegible] per hunc humorem [illegible] [illegible].

Idipsum confirmatur etiam ex eo, quod anima sentiat dolorem in membris quibuscum non est amplius unita. Et certe experimentis Boerhaavii compertum est, secto aut fortiter ligato nervo, omnem illorum sensum, et motum [illegible] in parte [illegible]. Huc pertinet etiam, quod Cartesius refert de puella grandiori, cui cum brachium ad cubitum usque ob gangraenam in eo serpentem amputatum fuisset, et panni in ejus locum ita substituti, ut eo se privatam esse plane ignoraret; ipsa interim varios dolores nunc in uno [illegible], quo abscissa erat, digito, nunc in alio se sentire querebatur. Quae quidem omnia explicantur, si animam in cerebro residere, atque sentire dicamus. Nervi enim qui prius ex cerebro ad manus usque digitos descendebant, nunc manu juxta cubitum terminabantur, eademque illic ratione movebantur, qua prius moveri debuissent in digitis ad excitandum in mente doloris [illegible].

Accedit quod intelligi possit non potest, quomodo res simplex omni extensione destituta, diffusa omnibus corporis partibus, quod substantiam simul possit [illegible].

Ob eandem rationem anima non est in toto cerebro, ita ut quod Carol. [illegible] singulis ejus partibus praesens adsit.

Eruere itaque in quanam cerebri parte anima resideat. Respondeo: Scholion: [illegible] nondum certo definire licuisse. Cartesius animam collocavit in glandula pineali. Sed probabilis haec sententia non est. Siquidem enim reperti sunt homines, qui in cerebro glandula penitus carebant, in aliis obliterata omnino fuit, in nonnullis ossea, et petrificata est, absque ulla ma-

ationum perturbatione, et denique ut Boerhaavius docet nervi ab organis sensoriis profecti illuc non pertingunt. Alii cum clarissimo de la Peyronie Academico Parisiensi animam in corpore cerebri calloso residere probabilius putant. Et quidem ex hac cerebri parte nervi sensationibus, et motionibus spontaneis inservientes oriuntur. Observationibus deinde ab ipso clarissimo viro institutis compertum est, quod si pars illa vel leviter afficiatur, ipsae quoque animae operationes afficiuntur, rationis scilicet, et sensationum usus turbatur, quod quidem in aliis cerebri partibus non contingit. Et vero idem de la Peyronie homini cuidam, cui pars cerebri corrupta fuerat, digitum corpori calloso leniter admovens, observavit eumdem hominem illico sensum amittere, digitum amovens, eumdem sensum recuperare. Nonnulli quidem opponunt, inventos esse homines, in quibus corpus callosum aut destructum erat, aut penitus immutatum, quin tamen homines illi aut sensu, aut ratione destituerentur. Nos nihil aliud respondemus, nisi fieri fortasse posse, ut in diversis hominibus sedes animae diversa sit, et in eodem fortasse homine varietas etiam, ita ut prima illius sede vitiata, in alia sede resideat. Illud quidem experimentis, et observationibus saepe saepius repetitis verosimilius apparet, animae sedem in corpore calloso communiter esse collocandam . . [illegible]

Objectio, et resp. Si quis adversus demonstratam propositionem opponat, animam
20. praesentem esse singulis corporis partibus, quia quaecumque pars cor-
30 poris laeditur, anima sentit dolorem, et quidem velut existentem
6 in illa corporis parte quae laeditur; proindeque dicendum non es-
se in solo cerebro residere: facile breviter respondetur animam

par-

percipere impressionem factam in quaelibet corporis parte, quia impressio illa ad cerebrum propagatur per nervorum, qui a qualibet corporis parte ad cerebrum usque pertingunt. Dolor quidem velut existens in quacumque vulnerata corporis parte percipitur; verum tamen anima dolorem percipit in illa, quae corporis parte quae laeditur. Sicuti enim caecus baculo explorans objecta externa, proprietates eorundem, liquiditatem, ex. gr. vel duritiem externam baculo percipit, ac externa in baculo velut existentia quodammodo; nemo tamen dixerit, animam caeci in extremitate baculi residere. Sic etiam quamvis anima in extremo digito, ex. gr. punctionem aliquam percipiat, non idcirco anima in extremum digitum immediate agere dicenda est. Sed motus extremo digito primum communicatus, per nervos deinde ad cerebrum sedem animae pervenit, ubi fit sensatio, quam tamen anima ad extremitatem nervorum, ubi prius facta fuit, impulsio, naturaliter refert.

Caput [illegible]

De idearum natura, et origine.

Speciem quamdam sive imaginem rerum quam ex animo apprehendimus, in nobis esse dubitare non potest, quam quidem ideam vel notionem in Logicam appellavimus. Manifestum deinde est, in quavis quomodo ideae includi formam, ac similitudinem illius rei, cujus est imago. Sed illud magna contentione disputatur, utrum hae ideae a rerum ipsarum perceptione differant: Censent siquidem nonnulli, mentem habito ad phantasmata non posse illius determinari ad eandem percipiendam, sed necessarium esse, ut prius mens ipsa dependenter a phantasmate sibi efformet incorporeum ejus rei imaginem, seu ideam.

Quaestio de idearum natura.

37.

am.

onem quae deinde ad perceptionem ejusdem determinatur.

Scholion. Igitur inter rei perceptionem, quodcunque ideam nomine [illegible]
rationis intercedere potest. Una vero est eademque individua mentis
affectio referri potest et ad mentem ipsam, quatenus ejusque objectum
cognoscit, et ad objectum quatenus illa ejus imago est. Priore modo
considerata perceptio, altero eadem vero idea nobis dicitur.

Quae Philosophorum opiniones de idearum origine. De idearum origine controversia est, qua nescio, utrum alia sit
in Philosophia magis implicata, et unde quod tanta varietate et
diversorum disputetur. Praecipuas itaque opiniones paucis complectar,
38. atque paulo accuratius expendens, quid verosimilius de re tam ar-
dua statuendum, declarabo. In primis itaque Democritus, et Epicurus ide-
as esse censuerunt tenuia idola quaedam, sive simulacra a rebus ipsis [illegible]
[illegible] et undique effluentia, quorum impressione, atque ad animum usque
propagatione non solum videamus, sed etiam cogitemus.

Nonnulli ex Cartesii familia, dum causarum occasionalium sy-
stema strictius amplectuntur, omnem efficiendarum idearum vim ani-
mo detrahunt, corporum externorum occasione putantes, edita decretorum
quibus mens ad cognoscendum non deficit, a Deo imprimi, ita ut ipsa
in ea idearum affectione non agat quidquam, sed patiatur duntaxat.

Singulare cognoscendi genus excogitavit Malebranchius, illustris in
eadem familia Philosophus. Ipse videlicet ex Cartesianismo ultra justos
limites provecto in [illegible] docuit, archetypas rerum
omnium ideas contineri in Deo, mentemque humanam, cum Deo es-
sentiali quadam unione arctius, quam corpori [illegible], omnia in
infinita illa natura videre potuerit.

Alii denum [illegible] Cartesii [illegible] idearum genus constituunt.

ad:

